ff): ante id tempus fingi a legatis amicisque Caesaris arbitrabantur: 3, 101, 7; — longiore circuitu custodias stationesque equitum uitabant: 1, 59, 3; — tunc ⟨*e*⟩ duces principesque Neruiorum, qui ... aditum ... habebant, conloqui sese uelle dicunt: V 41, 1; edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse praesto Cordubae uellet: 2, 19, 1; — igne nautas dominosque nauium interfecit: 3, 8, 3; huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3; — itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem necessariumque ⟨que *om. Ox*⟩ Scribonii Libonis, mittit: 1, 26, 3; quod ... comites familiaresque eius angusto in loco paulisper equitum nostrorum uim sustinuerunt: VI 30, 3; — Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos: II 24, 5; — alii domos bonaque eorum, qui in castris erant Caesaris, petebant: 3, 82, 4; — an paenitet uos, quod ... ex portu sinuque aduersariorum CC naues oneratas abduxerim ⟨*e*⟩? 2, 32, 12; — cum uterque utrimque exisset exercitus, in conspectu fereque e regione *Caesaris castra *ponebat ⟨*sic Paul;* cum uterque utrique esset ⟨β; utrimque exisset *AQM(B); Np., Fr.*⟩ exercitus ⟨exercitui β⟩ in conspectu fereque ⟨que *om. f*⟩ e regione castris castra poneret ⟨β; ponebant α⟩: VII 35, 1; — cum ... concilia conuentusque hominum fugeret: 1, 19, 2; — illi supplicia cruciatusque Gallorum ueriti ... dixerunt: IV 15, 5; — eadem est feminae marisque natura ⟨*CC*⟩, eadem forma magnitudoque cornuum: VI 26, 3; exitus administrationesque Brundisini portus impedire instituit: 1, 25, 4; — summa difficultas faciendi ⟨*e*⟩ pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2; — qui iam ... nomen ⟨morem *Cornelissen*⟩ disciplinamque populi Romani dedidicerant ⟨*e*⟩: 3, 110, 2; ut famam opinionemque hominum teneret: 3, 56, 2; — sed ratio ordoque agminis aliter se habebat: II 19, 1; — omnes eas ciuitates in dicionem ⟨deditionem α; *plur. edd.*⟩ potestatemque populi Romani esse ⟨*o*⟩ redactas: II 34; — hos cum Suebi ... propter amplitudinem grauitatemque ⟨et grauitatem *bf*⟩ ciuitatis finibus expellere non potuissent: IV 3, 4; Caesar contione aduocata temeritatem cupiditatemque militum ⟨tem. mil. cupiditatemque β⟩ reprehendit: VII 52, 1; nihil se propter inscientiam leuitatemque ⟨et leuitatem β⟩ uulgi grauius de ciuitate iudicare: VII 43, 4.

(gg): ex seruis pastoribusque suis suorumque: 3, 4, 4 *u.* ב) ℵℵ) b) mm).)

b) adiect. (uel. genet.) ad alterutrum substant. pertinet; aa): (ab omnibus legatis quaestoreque ⟨*e*⟩: V 25, 5 *u.* a) aa) *init.*;) — Sotiates ⟨*e*⟩ magnis copiis coactis equitatuque ⟨comparato *add. a*⟩, quo ⟨*e*⟩ plurimum ualebant, ... proelium commiserunt: III 20, 3; reliquas copias equitatumque traducit: VI 9, 5; — (collem ceperunt neque nostrorum militum uictorum ⟨β; uictorumque α⟩ impetum sustinere potuerunt: VII 62, 8;) magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque conuenerat ⟨*e*⟩: III 17, 4; — ei legioni castrisque Q. Tullium Ciceronem praeficit ⟨*e*⟩: VI 32, 6; ei ⟨*Kraff.*; et *X; edd.*⟩ praesidio nauibusque ⟨β; *Np., Dt.*; que *om.* α⟩ Q. ⟨*om.* β⟩ Atrium praefecit: V 9, 1; uallo castra communit, reliquas cohortes, quas ⟨*e*⟩ in superioribus castris reliquerat, impedimentaque ad se traduci iubet: 1, 42, 5; — haec uti fierent per omnes deos perque ⟨per quae *fh*⟩ foedera, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3, 108, 3; — maiore cum fiducia ad alteram turrim ⟨*e*⟩ aggeremque eruptione pugnauerunt: 2, 14, 5; — haec leuibus cratibus terraque inaequat: 1, 27, 4; exque ea contignatione rursus summam ⟨-ma *hl*⟩ contabulationem storiasque eleuabant: 2, 9, 7; — postea quam ex nocturno fremitu uigiliisque de profectione eorum ⟨*e*⟩ senserunt: V 32, 1; — cum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Domitius urbanam gratiam dignitatemque iactaret: 3, 83, 1.

bb): quorum ... tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat: 1, 38, 1; — interea ... hostium copiae ex Aruernis equitesque, qui toti ⟨*e*⟩ Galliae ⟨*e*⟩ erant imperati, conueniunt: VII 66, 1.

cc): si ab ora maritima Oricoque ⟨*Np.*; coriciaque *x*; oriciaque O^1; *Db.*⟩ discedere nollet, quod legiones equitatumque ex Italia exspectaret ⟨*e*⟩: 3, 78, 6; — Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus ⟨eum *a*⟩ Romanis, qui eius conuentus erant, militibusque, quos praesidii causa miserat Caesar, ... re infecta inde discessit: 3, 40, 6; — reliquas inter aciem ⟨acies *af*⟩ mediam ⟨medias *f*⟩

cornuaque interiecerat: 3,88,3; — his ⟨*e*⟩ Caesar imperat obsides XL frumentumque exercitui: V 20, 4; — fundis librilibus sudibusque, quas in opere disposuerant, ac ⟨β; *om.* α; *Fr.*⟩ glandibus Gallos ⟨β; gallos glandibus α; gallos grandibus *pr. edd.; Fr.*⟩ proterrent: VII 81,4; — moniti . . ., ut uallum caecum fossasque ⟨uallem cecum fossisque *a*⟩ caueant: 1,28,4; reliquos aditus locus ipse per se munitioque defendit: VI 37,5; — omnem rei frumentariae fluminisque Hiberi spem dimiserant: 1,73,1; dum ⟨*e*⟩ paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque causa moratur: I 39,1.

δδ): milites . . . a ⟨*e*⟩ tribunis militum legatisque, ut erat a Caesare praeceptum, retinebantur: VII 47,2; reprehendit, quod . . . neque . . . constitissent neque a ⟨*e*⟩ tribunis militum legatisque retineri potuissent: VII 52, 1; neque satis Bruto, qui classi praeerat, uel tribunis militum centurionibusque, quibus singulae naues erant attributae, constabat, quid agerent: III 14,3; modo conscripti atque usus militaris imperiti ad tribunum ⟨tribunos *bf*⟩ militum centurionesque ora conuertunt: quid ab his praecipiatur exspectant: VI 39,2; milites . . . secessionem faciunt atque ita inter se per tribunos ⟨tribunum *Nz*⟩ militum centurionesque atque honestissimos sui generis conloquuntur: 1,20,1; simul a tribunis militum centurionibusque ⟨tribus militum centurionibus *f*⟩ mutuas pecunias sumpsit: 1,39,3; princeps in haec uerba iurat ipse; idem ius iurandum adigit Afranium; subsequuntur tribuni militum centurionesque: 1,76,3; sed ex numero tribunorum militum centurionumque non nulli . . . remanserunt: 1,77,2; gratias agit . . . tribunis militum centurionibusque, qui eo praesidii causa uenerant: 2,21,1; hoc idem reliqui iurant legati; tribuni ⟨*af*; hos tribuni *Ohl*; *Db.*⟩ militum centurionesque sequuntur, atque idem omnis exercitus iurat: 3,13,4; — eodem equitatus totius Galliae conuenit numero milium quattuor principesque ex omnibus ciuitatibus: V 5,3; — partem copiarum ex prouincia supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Heluios . . . conuenire iubet: VII 7,5; — cum neque opus ⟨tempus $B^2\beta$⟩ hibernorum munitionesque plene essent perfectae neque de frumento reliquoque commeatu satis esset prouisum: III 3,1; — murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit: I 8,1; — neu (sint) Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam ⟨*CC*⟩: VII 14,9; — hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere uim maximam arbitrantur: VI 17,1; — (ad celeritatem onerandi subductionesque: V 1, 2 *u.* ε) αα);) — quo commodius ab impetu nauium incendiisque defenderet: 1,25,10; — quo clamore significatio uictoriae gratulatioque ab Remis Labieno fieret: V 53,1.

εε): huic mandat, Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat: III 11,2; dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti: II 2,3; — satis esse magna utrimque incommoda accepta . . . illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia duabusque Hispaniis et cohortibus *in* Italia atque Hispania ciuium Romanorum centum atque XXX: 3,10,4.5; — ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris ⟨-arorum *f*⟩ Issam ⟨*e*⟩ a Caesaris amicitia auertit: 3,9,1; ut . . . pedem referre et loco excedere non turpe existimarent † cum Lusitanis reliquisque barbaris barbaro ⟨*add. F. Hofm.; Db.; om. codd.; Np.*⟩ genere quodam ⟨*CC*⟩ pugnae adsuefacti: 1,44,2; — cum . . . uideret . . . Senones ⟨*e*⟩ ad imperatum non uenire et cum Carnutibus finitimisque ciuitatibus consilia communicare: VI 2,3; et commeatus ab Remis reliquisque ciuitatibus ut sine periculo ad eum portari possent ⟨*e*⟩ efficiebat: II 5,5; castra a cohortibus . . . industrie defendebantur, multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis: 3,95,2; Veneti reliquaeque item ciuitates cognito Caesaris aduentu . . . instituunt: III 9,3; — interea Commius reliquique ⟨et reliqui β⟩ duces, quibus summa imperii permissa erat, . . . ad Alesiam perueniunt et . . .: VII 79,1; non prius Viridouicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam: III 18,7; cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur: V 30,1; cum resisteret Seruilius consul reliquique magistratus et minus opinione sua efficeret ⟨*e*⟩, . . . promulgauit: 3,21,1; prohibetur a ⟨*e*⟩ Gobannitione, patruo suo, reliquisque principibus, qui . . . existimabant; expellitur ex oppido Gergouia: VII 4,2; — sagittarios Creta, Lacedaemone, ex Ponto atque Syria ⟨ex syria *h*⟩ reliquisque ciuitatibus III *milia* numero habebat: 3,4,3; ut paene omnes ex ⟨*Jurin.*; in *z*⟩ Epiro finitimisque regionibus signa relinquerent, complures arma proicerent ac fugae simile iter uideretur: 3,13,2; huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3,110,3; frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis

reliquisque ⟨que *om. l*⟩ regionibus comparauerat: 3,5,1; quas (legiones) Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat: 1, 37,1; — ex quibus (ciuitatibus) exercitum magnasque copias coegerat: III 17,2; (Scipio ad sequendum paratus equitum ⟨*Np.;* equitatum *z*⟩ magnam ⟨*f; Np.;* magnamque *ahl*⟩ partem ⟨leuis armaturae *add. V.*⟩ ad explorandum iter Domitii . . . praemisit: 3,38,2;) — (ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus † publicis custodiis quae (*uel* custodiisque) aut muro ⟨*x;* publicisque custodiis aut ex muro *Ald.; Dt.*⟩ ad caelum manus tenderent aut: 2,5,3;) — quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere . . . uetuerat: II 20,3; — docet, quanto opere rei publicae communisque salutis intersit manus hostium distineri: II 5,2; — cotidie utrimque eminus fundis, sagittis reliquisque telis pugnabatur: 1,26,1; magnoque numero pilorum, tragularum reliquorumque telorum se instruxerant: 1,57,2; — D. Brutum adulescentem classi Gallicisque nauibus . . . praeficit ⟨*c*⟩: III 11,5; cum essent funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis ad nauigandum inutiles: IV 29,3; submersamque nauem remulco multisque contendens funibus abduxit ⟨*c*⟩ atque: 3,40,1; — reliquas cohortes VII castris ⟨*c*⟩ propinquisque castellis praesidio disposuerat: 3,88,4; — paratosque (se) esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere et frumento ceterisque rebus iuuare: II 3,3; cum neque . . . essent perfectae neque de frumento reliquoque commeatu satis esset prouisum: III 3,1; cohortemque postea duplici stipendio, frumento ⟨*c*⟩, ueste ⟨*c*⟩, cibariis ⟨*c*⟩ militaribusque donis amplissime donauit ⟨*u. CC*⟩: 3,53,6; — alii . . . picem reliquasque ⟨que *om. BMh*⟩ res, quibus ignis excitari potest, fundebant: VII 24, 4; Cassius . . . magno uento et ⟨atque *f*⟩ secundo completas onerarias naues ⟨et *add. a*¹⟩ taeda et pice et stuppa reliquisque rebus, quae sunt *aptae ad incendia, in Pomponianam classem immisit atque: 3,101,2; (Neruios) nihil pati uini reliquarumque rerum ad ⟨*c*⟩ luxuriam ⟨*c*⟩ pertinentium ⟨*c*⟩ inferri: II 15,4.

ff): cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse: I 31,6.

gg): equites auxiliaque toti Lusitaniae a Petreio, Celtiberiae, Cantabris barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur: 1,38,3; omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi causa conuenirent: 3,102,2; — nisi ⟨*c*⟩ quid in Caesare populoque Romano sit auxilii: I 31,14; sese tamen hoc esse in Ciceronem populumque Romanum ⟨cicerone põp. r. β⟩ animo: V 41,5; — magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat: 3,3,2; — libera comitia atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur: 1,9,5; L. Lentulus consul senatui reique ⟨que *om. ahl*⟩ publicae se non defuturum pollicetur: 1,1,2; — qui *ex* acie refugerant milites et animo perterriti et lassitudine confecti missis plerique armis signisque militaribus . . . de . . fuga . . . cogitabant: 3,95,3; ibique musculum turrimque latericiam libere incendunt: 2,14,4; — naues frumentumque omne: 2,18,6 *u.* a) cc); — sudes stipitesque praeacutos: 1, 27,3 *u.* a) cc) *extr.;* — quotienscumque sit decretum, darent operam magistratus, ne . . ., factum in perniciosis legibus, in ui tribunicia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis: 1,7,5; — quod de consilii sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint: 3,16,4; conuenerant summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassiuellauno: V 11,8.

hh): e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt: I 27,4; — interim legatis tribunisque militum conuocatis et ⟨*c*⟩ quae ex Voluseno cognouisset ⟨*c*⟩ et quae fieri uellet ostendit: IV 23,5; centuriones singillatim tribunosque militum appellat, quorum egregiam fuisse uirtutem . . . cognouerat: V 52,4; haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant: VII 17,8; centurionesque ⟨*c*⟩ tribunosque militum adire atque obsecrare, ut: 1,64,3; concurrebant legati, centuriones tribunique militum: 1,71,2; protinusque omnes ducibus usi centurionibus tribunisque militum in altissimos montes . . . confugerunt: 3,95,4; — itemque praetoribus tribunis*que* ⟨PR. (*uel* P. R.) trib. *x*⟩ plebis rogationes ad populum ferentibus non nullos . . . in integrum restituit: 3,1,4; — sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque ⟨cognationibus *a;* cognationesque *BM*⟩ hominum . . . quantum . . . uisum est agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt: VI 22,2; — nautas dominosque nauium: 3,8,3 *u. p. 1337* ff); — (tormentis telisque ⟨*o*⟩ cuiusque generis: 3,63,6 *u.* a) dd);) —

id sibi ad ⟨*Aldus; om. X*⟩ auxilium spemque ⟨sibi auxilium opemque *Bergk*⟩ reliqui temporis satis futurum: IV 16, 6.

ב) plura attributa adduntur; 𝔄𝔄) bina; a) alterum attributum pertinet ad utrumque substantiuum, alterum ad alterutrum; aa): multi praeterea capitis damnati exsulesque conuenerant: 3, 110, 3; — in acie praestare interfici quam non ueterem belli gloriam libertatemque, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, recuperare: VII 1, 8.

(bb): omnis Italia populus*que* Romanus: 3, 12, 2 *u.* **b) cc)** *p. 1345.*)

cc): Caesar . . . omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet: 1, 23, 1.

dd): is . . . praefectos tribunosque militum complures in finitimas ciuitates frumenti ⟨*c*⟩ causa dimisit: III 7, 3; (filiis ⟨*c*⟩ propinquisque eius omnibus: V 4, 2 *u.* **c) ee).**)

b) utrumque attributum pertinet ad utrumque substantiuum; aa): omnes nostras pabulationes frumentationesque obseruabat: VII 16, 3; hanc unam gratiam potentiamque nouerunt: VI 15, 2; ¶ Cassiuellaunus . . . omnibus ⟨omnis β⟩ uiis ⟨notis *add.* β; *Schn., Db.*⟩ semitisque essedarios ex siluis emittebat: V 19, 2.

bb): omnem suam familiam . . . undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: I 4, 2.

cc): quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus principibusque populi Romani gratum esse facturum: I 44, 12; accidit, ut pauci milites patresque ⟨patrisque *x*⟩ familiae ⟨milites tribunique militum *Paul*⟩ . . . in Siciliam incolumes peruenirent: 2, 44, 1.

dd): eodem tempore equites nostri leuisque armaturae pedites . . . aduersis hostibus occurrebant: II 24, 1.

ee): quorum studium alacritatemque ⟨alacritatem studiumque *Paul*⟩ pugnandi cum cognouisset Scipio: 3, 37, 4.

c) utrumque attributum pertinet ad alterutrum substantiuum; aa): quas (naues) ex Pictonibus ⟨*c*⟩ et Santonis reliquisque pacatis regionibus conuenire iusserat: III 11, 5.

bb): quo proelio bellum Venetorum totiusque orae maritimae confectum est: III 16, 1; — cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero uniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites earumque regionum omnium, quae a Caesare tenebantur: 3, 61, 2; hiemare Dyrrachii ⟨*Steph.*; dyrrachium *NOx*⟩, Apolloniae ⟨*O*; -nia *x*⟩ omnibusque oppidis maritimis constituerat: 3, 5, 2; has (naues) scaphis minoribusque nauigiis compluribus submissis Otacilius ⟨*c*⟩ . . . expugnare parabat: 3, 28, 2.

cc): ipse cum reliquis tribus ⟨*c*⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨*CC*⟩, quod influit in Mosam, extremasque Arduennae partes ire constituit: VI 33, 3.

dd): uti quicumque Galliam prouinciam obtineret . . . Haeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet: I 35, 4; altera ex parte Gabalos proximosque pagos Aruernorum in Heluios . . . mittit: VII 64, 6; L. Aurunculeius compluresque tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere agendum . . . existimabant ⟨*c*⟩: V 28, 3; Conuictolitauem ⟨*c*⟩ magistratum magnamque partem senatus ad eum conuenisse: VII 55, 4; (equitatum magnamque partem *leuis armaturae:* 3, 38, 2 *u.* **א) b) cc)** *med.*)

ee): his ⟨*c*⟩ (obsidibus) adductis, in iis filio ⟨filiis β⟩ propinquisque eius omnibus, quos nominatim euocauerat: V 4, 2.

b) suum utrique substantiuo additur attributum; aa): se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat: I 3, 7; hic magnos equitatus magnaque auxilia expectabant et suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant: 1, 61, 3; neque minus ob eam causam ciuibus Romanis eius prouinciae, sed in singulos conuentus singulasque ciuitates certae pecuniae imperabantur: 3, 32, 6; — (Suessiones,) fratres consanguineosque suos, qui eodem iure et ⟨*om. fh*⟩ isdem legibus utantur, unum imperium unumque ⟨imperium unumque *om.* β⟩ magistratum cum ipsis ⟨*c*⟩ habeant: II 3, 5; quo (itinere) magno cum periculo magnisque cum ⟨*om.* β⟩ portoriis mercatores ire consuerant ⟨*c*⟩: III 1, 2; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque (se) reliquisse: I 44, 2; — quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant: 1, 53, 3; sua in Haeduos merita exposuit: quos et quam humiles accepisset . . . et quam in fortunam quamque in amplitudinem *duxisset ⟨et in eam fort. amplitudinemque duxisse β⟩: VII 54, 3. 4; uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent: II 4, 3; ne res maximae spei maximaeque utilitatis eius iracundia impedirentur: 3, 16, 3.

bb): cum ex dediticiis Belgis reliquis-

que Gallis complures Caesarem secuti una iter facerent: II 17, 2; — simul tertiae aciei totique exercitui imperauit, ne: 3, 89, 4; nullum eius modi casum exspectans, quo nouem oppositis legionibus ⟨leg. oppos. *a*⟩ maximoque equitatu, dispersis ac paene deletis hostibus . . . offendi posset: VI 36, 2; ad hos opprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur: 1, 51, 4; statimque in Siciliam misit, uti duae legiones reliquusque equitatus ad se mitteretur: 2, 37, 4; Labienus . . . cum XXV cohortibus magnoque ⟨que *om. a*⟩ equitatu contra hostem proficiscitur et . . . communit: VI 7, 4; — cum ⟨*c*⟩ minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus utebantur: 1, 58, 3; — uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis: 1, 51, 1; ex castris proficiscuntur . . . longissimo agmine maximisque impedimentis: V 31, 6; ut incertis temporibus diuersisque itineribus iretur: VII 16, 3; — Fabium . . . se in posterum diem similemque ⟨similem ad β; *Schn.*⟩ casum apparare ⟨parare β; *Schn.*⟩: VII 41, 4; ita in ⟨*c*⟩ exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit: 3, 14, 3.

cc): cognoscit consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum, qui illic negotiarentur, arcem ⟨*c*⟩ captam esse: 3, 102, 6; neque (se) sibi iudicium sumpturos contra atque omnis Italia populusque ⟨que *om. x*⟩ Romanus ⟨populusq. Rom. *del. Paul*⟩ iudicauisset: 3, 12, 2; ipse cum reliquis copiis elephantisque LX lentius subsequitur: 2, 40, 2; erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: VI 7, 5.

dd): Sabinum cum cohortibus V paucisque equitibus in Aetoliam (ire) *iussit: 3, 34, 2; — pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit: 2, 18, 2; Suessiones suos esse finitimos; fines ⟨*om. α; plur. edd.*⟩ latissimos feracissimosque agros possidere: II 4, 6; rei publicae communisque salutis: II 5, 2 *u. p. 1341 uers. 17 sqq.*

ee): Afranius . . . legiones IIII ⟨III *a; Np., Dt.*⟩ equitatumque omnem traiecit: 1, 40, 4; eo legiones XII, ⟨et *add. Cellarius*⟩ equitatum ⟨que *add. b*⟩ omnem uenire iusserat: 3, 2, 1; Caesar . . . cum legione ⟨-ibus *V.*⟩ una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia a ⟨*c*⟩ Q. ⟨*c*⟩ Fufio ⟨*c*⟩ legato euocauerat, equitibusque DCCC et nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; eo triduo legio VIII. ad eum uenit cohortesque ex nouis Galliae dilectibus XXII equitesque ab rege Norico circiter CCC: 1, 18, 5; subito exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur: 3, 109, 1; quibus ad recipiendum crates derectae ⟨*CC*⟩ longuriique ⟨longurique *x*⟩ obiecti ⟨obtecti *x*⟩ et institutae fossae magno impedimento fuerunt: 3, 46, 5; quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo . . . deuexerat, relinquebat: V 47, 2; his rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis ⟨*c*⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1.

ff): Cauarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, cuius frater Moritasgus aduentu in Galliam Caesaris cuiusque maiores regnum obtinuerant: V 54, 2; — fuit antea tempus, cum . . . Galli propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent: VI 24, 1; tamen eius rei moram temporisque longinquitatem timebat: 1, 29, 1; druides . . . militiae uacationem omniumque rerum habent immunitatem ⟨*u. CC*⟩: VI 14, 1.

gg): castra in altitudinem ⟨*c*⟩ pedum XII uallo fossaque duodeuiginti pedum muniri ⟨*c*⟩ iubet: II 5, 6; qui suum timorem in rei frumentariae simulationem ⟨subuectionem *Kraff.*⟩ angustiasque itineris conferrent ⟨*c*⟩: I 40, 10; — instructo exercitu magis ut loci natura deiectusque ⟨*recc.*; delectusque *X; Db., Hold.*⟩ collis et necessitas temporis quam ut rei militaris ratio atque ordo postulabat: II 22, 1.

hh): Caesar Germanos leuis armaturae equitumque partem flumen traicit: 1, 83, 5; id (oppidum) ex itinere oppugnare conatus . . . propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2.

ii): per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨*c*⟩ ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios pertinet: VI 29, 4; ex percontatione nostrorum uocibusque Gallorum ac mercatorum . . . timor omnem exercitum occupauit: I 39, 1; nauigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant ⟨*u. CC*⟩: III 9, 4; contra opinionem enim militum famamque omnium ⟨hominum *Paul*⟩ uideri proelium ⟨*c*⟩ defugisse ⟨*c*⟩ magnum detrimentum adferebat: 1, 82, 2; magna multitudo . . . conuenerat *et quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III

17,4; ¶ (equitatus totius Galliae... principesque ex omnibus ciuitatibus: V 5,3 *u. p. 1339 uers. 11 ab imo marg.*)

ff): quod omnem commeatum totiusque belli apparatum eo contulisset: 3,41, 3; — **quod* infamia atque indignitas rei et oppositus mons Cebenna uiarumque difficultas impediebat: VII 56,2.

ll): Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui ... succurrerent: VII 80,3; — quod paene ab ipso uallo portisque castrorum barbaros auertisset: VI 42,2; ut primus excursus uisque militum infringeretur: 3,92,2.

mm): DCCC ex seruis suis pastorumque suorum ⟨suarum *a ante corr.*⟩ numero ⟨*add. E. Hoffm.; Db.; om. codd.*; — ex seruis pastoribusque suis suorumque *Lips.; Np. coni.; Dt.*; ex seruis pastoribusque suis *Ciacc.*; ex seruis suis pastoribusque amicorumque suorum *Madu.*⟩ coegerat: 3,4,4.

nn): sese paratos esse imperatoris sui tribunorumque plebis iniurias defendere: 1,7,7; ut procul in uia dispositis familiaribus suis principibusque ciuitatum disparandos deducendosque ad suos curaret: VII 28,6; festinationi meae breuitatique litterarum ignosces: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*.

oo): (loci natura delectusque collis: II 22,1 *u.* **gg)**;) erat noua et inusitata belli ratio cum tot castellorum numero tantoque spatio et tantis munitionibus et toto obsidionis genere, tum etiam reliquis rebus: 3,47,1.

pp): Labienus noctu ⟨*e*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨coactis β⟩ quid sui sit ⟨*o*⟩ consilii proponit: VI 7,8; postea uallo pedum XII ⟨*e*⟩ in circuitu quindecim milium crebrisque ⟨que *om.* β⟩ castellis circummuniti oppido sese continebant: II 30, 2; hic ⟨*e*⟩ seruo spe libertatis magnisque persuadet praemiis, ut: V 45,3.

qq): Caesar, ubi luxit, omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet: 1,23,1; ut ... impedimenta totius exercitus cohortesque in castris relictas seruare non possent: 1,70,2; reliquas cohortes ... ad legionem Pompei castraque minora ⟨*del. Hug*⟩ duplici acie eduxit: 3,67,3.

ΒΒ) adduntur terna attributa; a) omnia referenda sunt ad alterutrum subst.: arcessitum se a Senonibus et Carnutibus aliisque compluribus Galliae ciuitatibus: V 56,4; complures annos portoria reliquaque omnia Haeduorum uectigalia paruo pretio redempta habere (Dumnorigem): I 18,3.

b) singula attributa pertinent ad prius substant., bina ad posterius; aa): multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est: I 46,4.

bb): at Caesaris exercitus optima ualetudine summaque aquae copia utebatur ⟨*u. CC*⟩: 3,49,6; fugitiuis omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus certaque uitae condicio: 3,110,4.

cc): se cohortesque amplius **XXX** magnumque numerum senatorum atque equitum Romanorum in periculum esse uenturum: 1,17,2.

dd): eos ... in senatum legendos curauerat agrosque in Gallia ex ⟨et *a*⟩ hostibus captos praemiaque rei pecuniariae magna tribuerat: 3,59,2.

ee): exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor tantumque studium infamiae sarciendae, ut: 3,74,2.

ff): a tribunis militum reliquisque ⟨sed et *add. AQM*β; sedent B^1; *om. recc. & pr. edd.*⟩ equitibus Romanis atque euocatis equos sumit Germanisque distribuit: VII 65,5.

gg): erant ... praeterea filius Domitii aliique complures adulescentes et magnus numerus equitum Romanorum et decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat: 1,23,2.

hh): coniectans eum **in* Aegyptum iter habere propter necessitudines regni ⟨regum *Pluyg.*⟩ reliquasque eius loci oportunitates: 3,106,1.

ii): (sed elati spe celeris uictoriae et hostium fuga et superiorum ⟨superiorumque *bcdefik*⟩ temporum secundis proeliis nihil adeo arduum sibi esse ⟨*e*⟩ existimauerunt ⟨*e*⟩, quod: VII 47,3.

ll): hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum caetrati citerioris Hispaniae consectabantur: 1,48,7.

ll): hos sequuntur Byllidenses **et* Amantini et reliquae finitimae ciuitates totaque Epiros, et ⟨*del. Paul*⟩ legatis ad Caesarem missis quae imperaret facturos pollicentur: 3, 12,4.

mm): subsidio **DC** equites Numidae ⟨-diae *af*⟩ ex oppido peditesque **CCCC** mittuntur: 2,25,3.

nn): legiones expeditas quattuor equitatumque omnem ex castris educit: VII 40,1.

oo): ad extremum musculi tectum

⟨tectique *af*⟩ trabesque ⟨que *om. Oa*⟩ extremas quadratas regulas . . . defigunt: 2, 10, 4.

pp): quo facilius omne Hadriaticum mare *ab extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae in potestate haberet atque ex utraque parte bellum administrare posset: 1, 25, 3; etsi propter multitudinem et ueterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant: III 24, 2; qui aliquem sermonis ⟨*del. Ciacc.*⟩ aditum causamque amicitiae cum Cicerone habebant: V 41, 1.

qq): magnum numerum leuis armaturae et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naues actuarias imponit et . . .: 3, 62, 2.

rr): satis esse magna utrimque incommoda accepta . . ., se ⟨*c*⟩ morte Curionis et detrimento Africani ⟨*af*; afraniani *Nh*¹*l*⟩ exercitus tanto ⟨exercitus, Antonii *Kran.*⟩ militumque deditione ad Curictam ⟨*c*⟩: 3, 10, 5.

GG) quaterna attributa adduntur; a): hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia fere Gallicis consimilia, pecorum ⟨*c*⟩ magnus ⟨*c*⟩ numerus ⟨*o*⟩: V 12, 3.

b): armat familiam: cum hac et praetoria cohorte caetratorum barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos . . . habere consuerat, improuiso ad uallum aduolat: 1, 75, 2.

c): sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus tantaque multitudo ⟨amplitudo *Paul*⟩ tormentorum, ut: 2, 2, 1.

d): quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri ⟨*c*⟩ ac tanta onera nauium regi uelis non satis commode posse ⟨*c*⟩ arbitrabantur: III 13, 6.

e): temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut: II 21, 5.

f): erant . . . legiones Afranii III . . ., praeterea scutatae citerioris prouinciae ⟨*u. CC*⟩ et caetratae [ulterioris Hispaniae] cohortes circiter **LXXX** equitumque ⟨equitatumque *fh*⟩ utriusque prouinciae ⟨utr. pr. *del. Np.; Db., Dt.*⟩ circiter V milia: 1, 39, 1.

(DD) quinque attributa adduntur: 1, 39, 1 *u.* **GG) f).)**

ββ) adiectiua et participia, quae substantiuorum uice funguntur, aut inter se aut cum substantiuis coniunguntur; A) inter se: mille ⟨*c*⟩ uulneratis; qui omnes discessu Curionis multique praeterea per simulationem uulnerum ex castris in oppidum propter timorem sese recipiunt: 2, 35, 6; — illum delectari imperio et consulares praetoriosque seruorum habere numero: 3, 82, 3.

B) cum substantiuis: celeriter sibi Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, Turonos, Aulercos, Lemouices, Andos reliquosque omnes, qui Oceanum attingunt, adiungit ⟨*c*⟩: VII 4, 6; — Germanos Rhenum transisse; Caesaris reliquorumque hiberna oppugnari: V 41, 3; — et C. Valerio Domnotauro ⟨*c*⟩, Caburi filio ⟨duumuiro (*om.* cab. fil.) β⟩, principe ciuitatis, compluribusque aliis interfectis intra oppida ac muros ⟨murosque β⟩ compelluntur: VII 65, 2; — hic (timor) primum ortus est a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui . . ., non magnum in re militari usum habebant: I 39, 2; Vercingetorigem . . . castra mouisse . . . atque ipsum cum equitatu expeditisque, qui inter equites proeliari consuessent, insidiarum ⟨*c*⟩ causa eo ⟨*c*⟩ profectum: VII 18, 1; — quod etiam fugitiuis ab saltu Pyrenaeo ⟨ab salt. P. *del. Vielh.*⟩ praedonibusque ⟨que *om. b; Dauis.*⟩ licuisset: 3, 19, 2; — equos parare, exsules damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se allicere coepit: V 55, 3; — facile erat . . . prospicere in urbem, ut omnis iuuentus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris ⟨*CC*⟩ aetatis cum liberis atque uxoribus . . . ad caelum manus tenderent: 2, 5, 3; — a ⟨*c*⟩ castris ⟨*c*⟩ longurios, musculos ⟨*c*⟩, falces reliquaque, quae ⟨reliqua quaeque *BMQ*⟩ eruptionis causa parauerat ⟨*c*⟩, profert: VII 84, 1; — in castris Pompei uidere licuit . . . L. etiam Lentuli et non nullorum tabernacula protecta hedera, multaque praeterea, quae nimiam luxuriam et uictoriae fiduciam designarent: 3, 96, 1.

γγ) pronomina inter se et cum substant.; A) inter se: et finitimis imperauit, ut ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent: II 28, 3; — se suosque omnes in officio futuros ⟨confirmat *add.* β⟩ neque ab amicitia populi Romani defecturos confirmauit: V 3, 3; — cum se suaque ab iis defendere non possent: I 11, 2; — qui ⟨*c*⟩ dicerent ⟨*c*⟩ se suaque omnia in fidem atque in ⟨*c*⟩ potestatem populi Romani permittere: II 3, 2; cum se suaque omnia in oppidum Bratuspantium contulissent: II 13, 2; qui se suaque omnia sine mora dediderunt: II 15, 2; qui . . . se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt: II 31, 3; itaque se ⟨*om.* β⟩ suaque ⟨sua β⟩ omnia Caesari dediderunt: III 16, 4; eo se suaque omnia contulerunt: III 28, 2; multi ex suis finibus egressi se suaque omnia alienis-

simis crediderunt: VI 31, 4; — (DCCC ex seruis suis pastorumque suorum ⟨suarum *a pr.*⟩ numero ⟨*add. E. Hoffm.; Db.; om. x*; — ex seruis pastoribusque suis suorumque *Lips.; coni. Np.; Dt.*⟩ coegerat: 3, 4, 4;) ¶ cum ab his quaereret, quae ciuitates quantaeque in armis essent et quid in bello possent, sic reperiebat: II 4, 1.

β) pronom. c. subst.: neue Haeduos iniuria lacesseret neue his sociisque ⟨-ue *Faern.*⟩ eorum bellum inferret: I 35, 3; — si obsides . . . sibi dentur . . . et si Haeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satis faciant: I 14, 6; — eos, qui sibi Galliaeque bellum intulissent, sibi dederent: IV 16, 3; mittit rogatum, ut sibi militibusque parcat: V 36, 1; quod nisi fecerit, se cohortesque amplius XXX magnumque numerum senatorum atque equitum Romanorum in periculum esse uenturum: 1, 17, 2; quoniam . . . hanc sibi populoque Romano gratiam referret: I 35, 2; si [id] ita fecisset, sibi populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: I 35, 4; principesque undique conuenire ⟨*e*⟩ et se ciuitatesque suas Caesari commendare ⟨*e*⟩ coeperunt ⟨*e*⟩: IV 27, 7; — uos enim uestrumque factum, inquit, omnia ⟨*o*⟩ deinceps municipia sunt secuta: 2, 32, 2; — quoniam tanto suo populique Romani beneficio adfectus . . . hanc sibi populoque Rom. gratiam referret: I 35, 2; magnamque in spem ueniebat pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis . . . fore, uti pertinacia desisteret: I 42, 3; Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemorauit ⟨*e*⟩: I 43, 4; sese suas exercitusque fortunas in dubium non deuocaturum et postero die prima luce castra moturum: VI 7, 6; seseque ⟨*e*⟩ . . . ad eum in castra uenturum, suas ciuitatisque fortunas eius fidei permissurum: V 3, 7; Suebos . . . cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent, penitus ad extremos fines se recepisse: VI 10, 4; (seruis suis . . . amicorumque suorum: 3, 4, 4 *u. p. 1347* **mm**);) ¶ uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in siluis deponerent: IV 19, 2; ¶ armorum ⟨*CC*⟩ quantum quaeque ciuitas domi quodque ante tempus efficiat constituit: VII 4, 8; — quid ⟨qui *a? h?*⟩ quoque ⟨*Q; Ald.;* quoquo *ABMa;* quo *h*⟩ pacto agi placeat occulte inter se constituunt: VII 83, 5.

γ) pronomina c. adiectiuis, in quibus ea substantiuorum inest: qui . . . bellum susceperat et ab se reliquisque in senatu interrogatus omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmauisset: 1, 30, 5; — petieruntque, uti sibi secreto [in occulto] de sua omniumque salute cum eo agere liceret: I 31, 1.

β) coniunguntur adiectiua (numeralia) et participia (ui adiectiuorum) aut inter se aut c. subst.; αα) inter se; a) adiectiua; aa) posit.: acutus: V 18, 3 *u.* **c) aa)**; — magno circuitu difficili angustoque ⟨et angusto *N*⟩ itinere Dyrrachium profectus est: 3, 41, 3; — annotinus: V 8, 6 *u.* **c) bb)** priuatus; — aptus: 3, 111, 3 *u.* **c) aa)**; — quarum (insularum) pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur: IV 10, 4; — difficilis: 3, 41, 3 *u.* angustus; — diuersus: II 24, 4 *u.* **c) aa)**; — omnia diuina humanaque iura ⟨*del. Grut.*⟩ permiscentur: 1, 6, 8; — diurnis nocturnisque (itineribus, eruptionibus), nocturnis diurnisque (itineribus) *u.* **diurnus** *p. 940 (4 loc.)*; — ferus: IV 10, 4 *u.* barbarus; — quod finitimas frumentariasque prouincias in potestatem redegissent: 3, 73, 3; — P. Sextio Baculo ⟨*e*⟩, fortissimo uiro, multis grauibusque uulneribus confecto: II 25, 1; qui uectoriis grauibusque nauigiis non intermisso remigandi labore longarum nauium cursum adaequarunt ⟨*e*⟩: V 8, 4; — humanus: 1, 6, 8 *u.* diuinus; — quam (turrim) primo ad repentinos incursus humilem paruamque fecerunt: 2, 8, 1; — incertus: VI 34, 4 *u.* **c) bb)** occultus; — et ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset: III 29, 1; — in plures diffluit ⟨*e*⟩ partes multis ingentibusque insulis effectis: IV 10, 4; — atque omni hoc itinere una nocte equitatu confecto inscios inopinantesque Menapios oppresserunt: IV 4, 5; — quod (legatorum) nomen ad omnes nationes sanctum inuiolatumque semper fuisset: III 9, 3; — docebat ⟨*e*⟩ etiam, quam ueteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent: I 43, 6; — hostes . . . secundo magnoque uento ignem operibus inferunt: 2, 14, 1; — ab ora maritima Oriciaque ⟨*e*⟩: 3, 78, 6 *u. p. 1338* **cc)** *init.*; — multus: II 25, 1 *u.* grauis; IV 10, 4 *u.* ingens; etsi multis necessariisque rebus in Italiam ⟨*e*⟩ reuocabatur: 2, 18, 7; — Romani . . . quid uolunt nisi inuidia adducti quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt, horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? VII 77, 15; — nocturnus *u.* **diurnus** *p. 940 (4 loc.)*; — Oricius: 3, 78, 6 *u.* maritimus; — parua: 2, 8, 1 *u.* humilis; — potens: VII 77, 15 *u.* nobilis; — proprius: 3, 70, 2 *u.* **c) bb)**

expeditus; — publicus: VI 13,5 *et* VI 14,3 (*et* 2,21,2) *ib.* priuatus; — rarus: 1,44,1 *ib.* dispersus; — sanctus: III 9,3 *u.* inuiolatus; — secundus: 2,14,1 *u.* magnus; — neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniam septimamque ibi conscriptam neque tot tantasque classes paratas ⟨*u. CC*⟩: 1, 85,6; — uectorius: V 8,4 *u.* grauis; — uetus: I 43,6 *u.* iustus.

bb) compar.: a media fronte . . . unum cornu exsistit excelsius magisque derectum his quae nobis nota sunt cornibus: VI 26,1; — tamen uectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt: IV 3,4.

cc) superl.: extremum oppidum Allobrogum est proximumque Heluetiorum finibus Genaua ⟨*c*⟩: I 6,3; — (latissimos feracissimosque agros: II 4,6 *u. p. 1345* **bb**);) — oppidum Auaricum, quod erat maximum munitissimumque in ⟨*c*⟩ finibus Biturigum atque agri fertilissima regione VII 13,3; — quorum opera Caesar omnibus Gallicis ⟨*c*⟩ bellis optima fortissimaque erat usus: 3, 59,1; ¶ (maxime frumentarius: I 10,2 *u.* **c) bb)** *extr.*)

bb) compar. et superl.: sibi semper primam ⟨rei publicae *add. recc.; edd.;* P. R. *add. a*⟩ fuisse dignitatem uitaque potiorem: 1,9,2.

b) numeralia; aa): quarum (copiarum) erat summa ueteranarum ⟨-norum O^1⟩ trium legionum uniusque tironum et equitum DCCC: 3,29,2.

bb): uxores habent deni duodenique inter se communes ⟨*o*⟩: V 14,4.

c) participia (ui adiect.); aa): ripa autem erat acutis sudibus praefixisque ⟨que *om. BM; Np., Fr., Db., Dt.*⟩ munita: V 18,3; — et ad Aeginium, quod est adiectum appositumque ⟨*sic Madu.;* obiectum oppositumque *z;* oppositumque *del. Em. Hoffm.;* — quod est oppidum oppositum *Np.*⟩ Thessaliae, Caesari uenienti occurrit: 3,79,7; — naues longas . . ., quarum erant L auxilio missae ad Pompeium . . . , illae triremes omnes ⟨quadriremes omnes *Paul*⟩ et quinqueremes, aptae instructaeque omnibus rebus ad nauigandum: 3,111,3; — legiones habere sese paratas X; praeterea cognitum compertumque sibi alieno esse animo in Caesarem milites: 1,6,2; — cum . . . calones, equites, funditores, Numidas diuersos ⟨dispersos *Kraff.*⟩ dissipatosque in omnes partes fugere uidissent: II 24,4; — siue . . fortuna partam ⟨partem *af*⟩ iam praesentemque uictoriam interpellauisset: 3,73,5.

bb): genus erat pugnae militum illorum, ut . . . audacter locum caperent, ordines suos non magnopere ⟨*c*⟩ seruarent, rari dispersique pugnarent: 1,44,1; — munitiones enim a castris ad flumen perductae expugnatis iam castris Pompei propriam ⟨prope iam *Voss.;* partam iam *Pluyg.*⟩ expeditamque ⟨que *om. NOfhl; Voss.*⟩ Caesaris uictoriam interpellauerunt: 3,70,2; — nam et praedae cupiditas multos longius *seuocabat et siluae incertis occultisque ⟨occultatisque β⟩ itineribus ⟨in itineribus β⟩ confertos adire prohibebant: VI 34,4; — nauium, quae cum annotinis priuatisque, quas sui quisque ⟨*o*⟩ commodi causa ⟨*c*⟩ fecerat, amplius octingentae uno ⟨*c*⟩ erant uisae tempore ⟨*c*⟩: V 8,6; nam fere de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt: VI 13,5; cum in reliquis fere ⟨*o*⟩ rebus, publicis priuatisque rationibus ⟨*del. Miller*⟩, Graecis litteris ⟨*o*⟩ utantur: VI 14,3; — (publicis priuatisque praemiis: 2,21,2 *u. p. 1333 uersu 11;*) ¶ ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet: I 10,2.

ββ) adiectiua c. substant.: (Neruios) esse homines feros magnaeque ⟨que *om.* β⟩ uirtutis: II 15,5; saepe clamitans liberum se liberaeque esse ciuitatis ⟨ciu. esse β⟩: V 7,8; ¶ accedebat huc, ut numquam conferti, sed rari magnisque interuallis proeliarentur: V 16,4; ¶ [haec quo facilius Pompeio probari possent, omnes suas terrestres urbiumque ⟨nauiumque *coni. Np.*⟩ copias dimissurum ⟨dimissurus *afh*⟩: 3, 10,10;] — trium ueteranarum legionum uniusque tironum: 3,29,2 *u. p. 1353* **b) aa).**

γ) coniunguntur aduerbia aut inter se aut cum substant. aut c. adiect.; αα) inter se; a) posit.: hunc admonet, iter caute diligenterque faciat: V 49,3; — itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut: I 52,3; cum intellegeret omnes fere Gallos nouis rebus studere et ad bellum mobiliter celeriterque excitari: III 10,3; — interim saepe ultro citroque cum legati ⟨saepe cum leg. ultro citroque β⟩ inter eos mitterentur, Ariouistus postulauit: I 42,4; post paulo tamen internuntiis ultro citroque missis quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt: 1,20,4; — diligenter: V 49,3 *u.* caute; ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent: VII 60,1; — Caesar enim aduentare iam iamque et ⟨*om. Of*⟩ adesse eius equites falso nuntiabantur: 1,14,1; — industrie: VII 60,1 *u.* diligenter; —

longe lateque *u.* **late** *p. 413* β) *(4 (5) loc.)*; — mobiliter: III 10,3 *u.* celeriter; — ut undique ad eum legationes concurrerent, gratiam atque amicitiam publice priuatimque peterent: V 55,4; (2,21,2 *u. p. 1333 uers. 11;*) repente: I 52,3 *u.* celeriter; — ultro: I 42, 4 *et* 1,20,4 *u.* citro.

b) **compar.**: simul a Pompeio litteris per omnes prouincias ciuitatesque dimissis **de* proelio ad Dyrrachium facto elatius ⟨*Ciacc.*; latius *z*; *edd.*⟩ inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebruerat ⟨*c*⟩: 3,79,4; — cum . . . omnia trepidantius timidiusque ageret, quam superioribus diebus consuesset: 1,19,2.

c) **superl.**: ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita [quam] maxime ab inimicis Caesaris conlaudatur: 1,2,8; qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerat, is et uir et ciuis optimus habebatur: 3,32,3; — itaque . . . et de imperio Caesaris et de amplissimis uiris, tribunis plebis, grauissime acerbissimeque decernitur: 1,5,4; — ut . . . paene ne respiceret quidem quisquam ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent: V 43,4.

ββ) **c. subst.**: aciemque instruxit primo ⟨*c*⟩ suis locis pauloque a castris Pompei longius: 3,84,2; — Germani suas copias castris eduxerunt generatimque constituerunt ⟨*c*⟩ paribus ⟨paribusque $B^2\beta$⟩ interuallis: I 51,2; — hostes uiderunt ea, quae diu longoque ⟨[diu] longo[que] *Paul*⟩ spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut: 2,16,1; ¶ celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere multos in agris inopinantes deprehendit: VI 30,1; ¶ eo cum de improuiso celeriusque omni opinione uenisset: II 3,1; ¶ haec quo facilius certisque condicionibus fiant et iure iurando sanciantur, . . . propius accedat: 1, 9,6.

γγ) **c. adiect.**: docebat . . ., quae senatus consulta quotiens quamque honorifica in eos facta essent: I 43,7.

(δ) **pronom. et aduerb.**: quod penes eum est pecuniae tradit et quid ubique ⟨ubique *idem esse quod* et ubi *putat Hartz*⟩ habeat frumenti et ⟨*af*; ac *Ohl*; *Db.*⟩ nauium ostendit: 2,20,8.)

ε) **adiect. et uerba**: ne profectio nata a ⟨*c*⟩ timore defectionis similis ⟨similisque *efk*; *Schn.*⟩ fugae uideretur: VII 43,5; — *ut* arma per manus necessario traderentur militesque inermes ⟨*c*⟩ subleuatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent: 1, 68,2.

ζ) **coniunguntur praeposit.**: non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci atque angustias praeoccupatis castris et ancipitem terrorem intra extraque munitiones ⟨intra extraque mun. *spuria iudicat Paul*⟩ . . . causae fuisse cogitabant: 3,72,2; ¶ (in Apulia circumque Brundisium: 3,2,3 *u. p. 1322* cc); in Tolosatibus circumque Narbonem: VII 7,4 *u. p. 1322* hh); — in conspectu fereque e regione: VII 35,1 *u. p. 1337* ff) *med.*; — per omnes deos perque foedera: 3,108,3 *u. p. 1338 med.* aa).)

η) **coniunguntur substant. et uerba (enuntiata)**; αα): ad celeritatem onerandi subductionisque ⟨*Ciacc.*; subductionesque *X*; *edd.*⟩ paulo facit humiliores (naues): V 1,2; — imperii bellique administrandi: V 11,8 *u. p. 1342* gg) *extr.*

ββ): Turones quaeque ciuitates propinquae . . . erant: II 35,3 *u. p. 1320* Andes; — eodem tempore L. Fabius centurio quique una murum ascenderant ⟨escend. *h*⟩ circumuenti atque interfecti de ⟨*c*⟩ muro praecipitantur ⟨*c*⟩: VII 50,3; — qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque quique ⟨$B^2\beta$; ut quisque α⟩ equitatui praeerant: I 39,5; et luce prima missis ad eos ab Otacilio ⟨*c*⟩ equitibus . . . circiter CCCC quique eos armati ex praesidio secuti sunt, se defenderunt et . . .: 3,28,6; — dent operam consules, praetores, tribuni plebis quique *pro* coss. sint ⟨*c*⟩ ad urbem, ne: 1,5,3; — itaque interfectis Nouioduni custodibus quique eo negotiandi ⟨aut itineris *add.* β; *Schn.*⟩ causa conuenerant, pecuniam atque equos inter se partiti sunt: VII 55,5; — mulieres quique per aetatem ad pugnam inutiles ⟨esse *add.* $B^2\beta$⟩ uiderentur in eum locum coniecisse (Neruios), quo . . . exercitui aditus non esset: II 16,5; — magistratus . . . gentibus cognationibusque hominum quique una ⟨β; qui cum una α; qui una *Aim.*; *Np.*, *Schn.*; qui communiter *Fr.*; qui in commune *coni. Db.*; qui tum una *Hell.*; *Dt.*, *Db.*, *Hold.*⟩ coierunt, . . . (agrum) attribuunt: VI 22,2; ¶ ab iisdem nostra consilia quaeque in castris gerantur hostibus enuntiari: I 17,5.

ϑ) **uerba**; αα) **act. et depon.**; a) **praes.**: Indutiomarus . . . noctu profugit copiasque omnes in Treueros reducit: V 53,2; consurgunt ii, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicentur atque a ⟨*c*⟩ mul-

titudine conlaudantur: VI 23, 7; equites interueniunt protinusque eodem . . . cursu ab decumana porta in castra inrumpere conantur, nec prius sunt uisi: VI 37, 1; illi deliberata *re* respondent scriptaque ad eum mandata . . . remittunt ⟨*c*⟩: 1, 10, 2; conclamatur ad arma, atque omnes copiae paucis praesidio relictis cohortibus exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt: 1, 69, 4; sed plerosque ii ⟨*c*⟩, qui receperant, celant noctuque per uallum emittunt: 1, 76, 4; pollicetur magistrisque imperat nauium, ut: 2, 43, 1; princeps Labienus procedit iuratque se eum non deserturum: 3, 13, 3; — qui quacumque ⟨*c*⟩ de causa ad eos uenerunt, ab ⟨*c*⟩ iniuria prohibent, sanctos ⟨que *add.* β; *Schn.*⟩ habent: VI 23, 9; ¶ huic imperat, quas possit adeat ciuitates horteturque ⟨hortaturque *Ba*⟩, ut ⟨*c*⟩ populi Romani fidem sequantur: IV 21, 8; petunt, ut Mandubracium . . . defendat atque in ciuitatem mittat, qui praesit imperiumque obtineat: V 20, 3; ¶ principes Galliae sollicitare, seuocare ⟨*B;* reuocare *AQM*β⟩ singulos hortarique coepit, uti: V 6, 4; tum demum Titurius . . . trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ut . . . uiderentur: V 33, 1; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se uenire: V 46, 2; Caesar consulto equites cedere seque in castra recipere iubet: V 50, 5; ¶ proinde abite, dum est facultas, uosque ad legionem recipite: VII 50, 6.

b) impf.: dispersosque, cum longius necessario procederent, adoriebatur magnoque incommodo adficiebat: VII 16, 3; ¶ cum ab extremo agmine ad quos uentum erat consisterent fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent: II 11, 4; — ut nostri magna inopia . . . conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus superioresque haberentur: 1, 52, 3.

c) perf.: subito omnibus copiis prouolauerunt impetumque in nostros equites fecerunt: II 19, 6; tertia fere uigilia ⟨naues *add.* β⟩ soluit equitesque in ulteriorem portum progredi et naues conscendere et se sequi iussit: IV 23, 1; consolatus Indutiomarum hortatusque est, uti in officio maneret: V 4, 2; tertiae cohortis centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt suosque omnes remouerunt, nutu uocibusque hostes . . . uocare coeperunt: V 43, 6; concilio conuocato consolatus cohortatusque est, ne se admodum animo demitterent: VII 29, 1; hic consedit nostrosque transitu prohibere instituit: VII 57, 4; Coponius . . . naues ex portu educit, et cum iam nostris . . . adpropinquasset ⟨*c*⟩, idem auster increbruit ⟨*c*⟩ nostrisque praesidio fuit: 3, 26, 2; conuentus ciuium Romanorum . . . Antonium recipit ⟨recepit *f; V.*⟩ omnibusque rebus iuuit ⟨luit *a*⟩: 3, 29, 1; ¶ cuius ipse honori et dignitati semper fauerit adiutorque fuerit: 1, 7, 1; ¶ Caesar Remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus omnem senatum ad se conuenire principumque liberos . . . adduci iussit: II 5, 1.

b) gerundium: magnam partem equitatus . . . aliquot diebus ante praedandi frumentandique causa ad Ambiuaritos . . . missam: IV 9, 3; quam (partem) supra commemoraui praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse: IV 16, 2; et cum equitatus noster liberius praedandi uastandique ⟨uastandi praedandique β⟩ causa se in agros eiecerat ⟨*c*⟩: V 19, 2; alii lignandi pabulandique causa longius progrediebantur: 3, 76, 2.

c) tempora diuersa: recipit . . . iuuit: 3, 29, 1 *u.* **c)**.

quiet(issim)e: nostri . . . compluribus interfectis V omnino suorum amissis quietissime se ⟨se *om. O²ahl;* se quietissime *N; Db.*⟩ receperunt: 3, 46, 6.

quin. 1. coniunctio modalis (= qui non, ut non). *(Cf. Hildebrand, Pr. Dortmund 1854. p. 26—28.)*

A. quin = qui (quae, quod) non; a) = qui non: in castello nemo fuit omnino ⟨omnium *f*⟩ militum, quin ⟨qui non *Of*⟩ uulneraretur: 3, 53, 3; 1, 69, 3 *et* VI 39, 3 *u.* **B. a);** — neque erat quisquam omnium, quin ⟨qui non *O*⟩ *in* eius diei casu suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret: 2, 5, 4; — quo edicto tota prouincia peruulgato nulla fuit ciuitas, quin ⟨quae non *O*⟩ ad [id] tempus partem senatus Cordubam ⟨*e*⟩ mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret: 2, 19, 2.

b) = quae non: 2, 19, 2 *u.* **a);** nulla Thessaliae fuit ciuitas praeter Larisaeos ⟨larisã eos *ahl*⟩, qui † magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Caesari pareret atque imperata faceret ⟨pareret . . . faceret *edd. uett.; Dt.;* parerent . . . facerent *x; Np., Db.*⟩: 3, 81, 2.

c) = quo (qui *abl.*) **non:** neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio . . . quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨β; *Schn., Db.;* perspiceret *recc.; Np., Fr., Dt.²;* perspiceretur α; *Dt.¹, Hold.*⟩: VII 36, 4; — Treueri uero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent, pecunias pollicerentur, magna parte exercitus nostri interfecta multo minorem superesse dicerent partem: V 55, 1; — neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Caesaris intercessit, quin aliquem de consiliis ⟨*e*⟩ ac motu Gallorum nuntium acciperet: V 53, 5; nullum intercedebat tempus, quin ex-

tremi cum equitibus proeliarentur: 1,78,5; — neque ullus flare uentus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent ⟨*b*; haberet *z*⟩: 3,47,4.

B. quin = ut non; a) antecedit adeo, tam: nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret: 1,69,3; nemo est tam ⟨tam β; *pr. edd.*; *om.* α; tam est *Fr.*⟩ fortis, quin ⟨qui non a^2k⟩ rei nouitate perturbetur ⟨nemo . . . perturb. *del. Vielh.*⟩: VI 39,3.

b) antecedunt uerba; α) retinendi, cunctandi, praetermittendi; αα) retinendi: docent, si omnino turris concidisset, non posse ⟨posset *fhl*⟩ milites contineri, quin spe ⟨h^2; se *z*⟩ praedae in urbem inrumperent urbemque delerent: 2,12,4 (*Np.* 5); — tantumque esse eorum omnium furorem, ut ne Suessiones quidem . . . deterrere potuerint, quin cum his consentirent: II 3,5; — quod pridie . . . Germani retineri non potuerant ⟨*c*⟩, quin in nostros tela ⟨tela in nostr. β⟩ coicerent: I 47,2; aegreque tunc sunt retenti, quin **in* oppidum inrumperent: 2,13,4; — neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos ⟨obtemperaturos *X*⟩ existimabat, quin, cum omnem Galliam occupauissent, . . . in prouinciam exirent atque inde in Italiam contenderent: I 33,4.

(in se aetatis excusationem nihil ualere, quod ⟨quom *Np.*; cum *Db.*; quin *Madu.*⟩ superioribus bellis probati ad † obtinendos exercitus euocentur: 1,85,9.)

ββ) cunctandi: quod ubi Crassus animaduertit, . . . non cunctandum existimauit, quin pugna decertaret: III 23,7; -- tum uero dubitandum non existimauit, quin ad eos ⟨duodecimo die *add.* B^2β⟩ proficisceretur: II 2,5; Domitius tum quoque sibi dubitandum non putauit, quin productis legionibus proelio decertaret: 3,37,2; — cum . . . omnium uoces audirentur exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur: III 24,5.

γγ) praetermittendi, intercedendi: intercedere, intermittere *u.* **A. c)** *(4 loc.)*; — cum Furnium nostrum tantum uidissem . . ., praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A.*

β) recusandi: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7,3; non recusare se, quin nullius usus imperator existimaretur, si . . . legiones Caesaris sese recepissent ⟨*u. CC*⟩: 3,45,6; non illis ⟨illi *Clark.*; *Paul*⟩ hordeum cum ⟨quin *Paul*⟩ daretur, non legumina recusabant: 3,47,7.

γ) non multum abest *et simil. u.* **absum** *p. 47 sq.* **B. c)** *(4 loc.)*; — oppido potitur perpaucis ex hostium numero desideratis, quin ⟨qui *A*⟩ cuncti ⟨uiui β⟩ caperentur: VII 11,8.

δ) aliis: quorum (equitum) nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Caesaris exciperetur: 1,79,5; — neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur: *ap. Gell.* V 13,6.

C. = qui *(aduerb.)* **non:** non dubito, quin *u.* **dubito** *p. 960* **A. b)** *(4 (5) loc.)*; — non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Heluetii possent: I 3,7; — neque uero Caesarem fefellit, quin ab iis ⟨*c*⟩ cohortibus, quae contra equitatum in quarta acie conlocatae essent, initium uictoriae oreretur ⟨*c*⟩: 3,94,3; — uehementer ⟨*o*⟩ huic illos ⟨*o*⟩ loco timere nec iam aliter sentire, uno colle ab ⟨*c*⟩ Romanis occupato si alterum amisissent, quin ⟨non dubitari quin β⟩ paene circumuallati atque omni exitu et pabulatione interclusi uiderentur: VII 44,4; — Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Heluetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciuerit: I 4,4.

2. quin etiam *u.* **etiam** *p. 1149* **d)** *(4 loc.)*.

quinam *u.* **nam 2.** *p. 686 (2 loc.)*.

Quinctilius *u.* **Quintilius.**

quincunx: ante ⟨*c*⟩ hos ⟨*c*⟩ obliquis ⟨*c*⟩ ordinibus in quincuncem ⟨-cumcem *BM*⟩ dispositis scrobes trium ⟨*c*⟩ in altitudinem pedum ⟨*c*⟩ fodiebantur: VII 73,5.

quindecim: neque multo post Caesar . . . deductis quibusdam cohortibus ex ⟨quindecim cohortibus quibusdam ex *Paul*⟩ praesidiis eodem uenit: 3,65,3; ¶ ita dies circiter quindecim ⟨XV *af*⟩ iter fecerunt, uti: I 15,5; castra mouet diebusque ⟨et diebus β⟩ circiter quindecim ⟨XV *af*⟩ ad fines Belgarum peruenit: II 2,6; ob easque res ex litteris Caesaris dierum ⟨*N*; *Frig.*, *Db.*; dies *X*; *Schn.*, *Np.*, *Hold.*; in dies *Dt.*⟩ quindecim supplicatio decreta est: II 35,4; diebus circiter quindecim ⟨XII *f*⟩, quibus in hiberna uentum est, initium repentini tumultus . . . ortum est ab Ambiorige et Catuuolco: V 26,1; ¶ Boi et Tulingi, qui hominum milibus circiter **XV** agmen hostium claudebant et nouissimis praesidio erant: I 25,6; horum primo circiter milia XV Rhenum transisse: I 31,5; minus horis tribus milium pedum ⟨*Hold.*, *Dt.*^{2}; passuum *edd.*; p̃. α⟩ XV ⟨trium *RMenge*⟩ in circuitu ⟨circuitum α⟩ munitionem perfecerunt

⟨decem milium in circuitu munitionem pedum XV perfecerunt β⟩: V 42, 4; positis castris a milibus passuum quindecim auxilia Germanorum exspectare constituunt: VI 7, 3; ex Pompeiano exercitu circiter milia XV cecidisse uidebantur: 3, 99, 3; — quindecim ⟨XV *Frig.*⟩ milia ⟨$\overline{XV}$ *l*⟩ Atrebates (polliceri), Ambianos decem milia: II 4, 9; uallo pedum XII ⟨*sic* β; *Schn., Np.;* pedum α; *Hold., Dt.*²; passuum *Fr., Db., Dt.*¹⟩ in circuitu ⟨*c*⟩ quindecim milium ⟨$\overline{XV}$. β⟩ crebrisque ⟨*c*⟩ castellis circummuniti oppido sese ⟨*c*⟩ continebant: II 30, 2; omnes equites, XV milia ⟨*om. B;* $\overline{XV}$ *AQM*β; XV milium *Paul*⟩ numero, celeriter conuenire iubet: VII 64, 1; tantum nauium repperit, ut anguste XV milia ⟨LX cohortes *coni. Np.; u. CC*⟩ legionariorum ⟨*c*⟩ militum, DC ⟨*c*⟩ equites ⟨*c*⟩ transportari ⟨*c*⟩ possent: 3, 2, 2; castellis enim XXIIII effectis XV milia passuum *in circuitu amplexus hoc spatio pabulabatur: 3, 44, 3; ¶ Neruii uallo pedum X ⟨*c*⟩ et fossa pedum ⟨.p̄. α⟩ XV hiberna cingunt: V 42, 1; 42, 4 *u.* milia XV; contra hostem pedum ⟨pedes *l*⟩ XV fossam fieri iussit: 1, 41, 4; in altitudinem pedum XV effectis operibus uineis eam partem castrorum obtexit: 3, 54, 1; erat eo loco fossa pedum ⟨pedes *z*⟩ XV: 3, 63, 1; — duas fossas quindecim ⟨*om. A;* XV β; *Fr.*⟩ pedes ⟨pedum *hl*⟩ latas eadem altitudine perduxit: VII 72, 3; ¶ euocat ad se Caesar Massilia ⟨*c*⟩ XV primos: 1, 35, 1.

quingenti. **A. non additur alius numerus; a) additur subst.:** Cn. Domitium Caluinum cum legionibus duabus . . . et equitibus D in Macedoniam proficisci iussit: 3, 34, 3; — quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant: I 15, 3; Curio . . . duas legiones ex IIII, quas acceperat ⟨*a*⟩ a Caesare, D ⟨et D *V.*⟩ equites transportabat: 2, 23, 1; tantum nauium repperit, ut anguste XV milia ⟨*u. CC*⟩ legionariorum ⟨*c*⟩ militum, DC ⟨*Ciacc.;* D *z*⟩ equites ⟨*recc.;* milites *z*⟩ transportari ⟨*c*⟩ possent: 3, 2, 2; ¶ (milites: 3, 2, 2 *u.* equites;) ¶ hoc (latus) pertinet ⟨*c*⟩ circiter milia passuum quingenta: V 13, 2; quae (Arduenna silua) . . . pertinet milibusque ⟨et milibus β⟩ amplius quingentis ⟨*codd.; Aim.;* quinquaginta *Oros.;* centum et quinquaginta *Göler*⟩ in longitudinem patet: VI 29, 4; ¶ is ⟨*c*⟩ locus aberat *a* nouis Pompei castris circiter passus quingentos ⟨D *h;* cl *O*⟩: 3, 67, 2.

b) non additur subst.; α) ui adiectiui: ex quibus (equitibus) DC Gallos Deiotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia; ad eundem numerum Cotys ⟨*c*⟩ ex Thracia dederat . . .; D ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanosque, quos ibi A. Gabinius praesidii causa apud regem Ptolomaeum reliquerat, Pompeius filius cum classe adduxerat: 3, 4, (3.) 4.

β) ui subst.: ex hominum milibus LX uix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: II 28, 2.

B. additur alius numerus: cum . . . ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset: I 22, 1.

quini. **A. ui distribut.:** ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter nouissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset: I 15, 5; imperant . . . † Senonibus ⟨*X;* sena Andibus *Em. Hoffm.; Db., Dt.*²⟩, Ambianis, Mediomatricis, Petrocoriis, Neruiis, Morinis, Nitiobrogibus quina milia, ⟨.V. β; Morinis; Nitiobrogibus quinque milia *Dt.*³; Nitiobrogibus; quinque milia *EHoffm.*⟩ Aulercis Cenomanis totidem ⟨Cenomanis; totidem *EHoffm.*⟩: VII 75, 3; ¶ quini erant ⟨β; (qui inierant a^1f;) erant *om.* α⟩ ordines coniuncti inter se atque implicati ⟨complic. β⟩: VII 73, 4; ¶ perpetuae fossae quinos pedes altae ducebantur: VII 73, 2.

B. ui num. cardinal. (c. pluralibus tantum): Octauius quinis castris oppidum circumdedit: 3, 9, 4.

quinquageni (?): iamque ad denarios L ⟨*Ald.* ad XL (ad $\overset{a}{\text{XL}}$ *a*) *z*⟩ in singulos modios annona peruenerat: 1, 52, 2.

quinquaginta. **A. non additur alius numerus; a) additur subst.:** denarii: 1, 52, 2 *u.* **quinquageni;** ¶ ut milium amplius quinquaginta ⟨L *Frig.*⟩ circuitu locis apertis exercitum duceret: I 41, 4; neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia ⟨milibus *a*⟩ passuum ex eo loco circiter quinque ⟨α; .V. β; quinquaginta *Oros., Plut.; Np., Db.*⟩ peruenerunt ⟨*c*⟩: I 53, 1; (Suessiones) oppida habere numero XII, polliceri milia armata quinquaginta ⟨L *af; Frig.*⟩: II 4, 7; ex milium L ⟨α; quinquaginta *Fr., Db.*⟩ numero ⟨ex num. mil. .L. β⟩, quae ex Aquitania Cantabrisque conuenisse constabat, uix quarta parte relicta: III 26, 6; quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius . . . absit: V 27, 9; Arduennam siluam, quae . . . ad Neruios pertinet milibusque ⟨et milibus β⟩ amplius quingentis ⟨*X; Aim.; cf. Strab. IV p. 194;* quinquaginta *Oros.;* cen-

tum et quinquaginta *Göler*⟩ in longitudinem patet: VI 29, 4; ¶ deprensis ⟨*c*⟩ nauibus circiter quinquaginta ⟨circ. quinqu. *om.* β⟩ celeriterque coniunctis ... oppido potitur: VII 58, 4; Libo profectus ab Orico cum classe, cui praeerat, ⟨quae erat *Paul*⟩ nauium L Brundisium uenit: 3, 23, 1; ¶ hunc (collem) ... palus ... cingebat non latior pedibus quinquaginta: VII 19, 1.

b) non additur subst.; α): naues longas occupare hostes conabantur; quarum erant L auxilio missae ad Pompeium proelioque in Thessalia facto domum redierant: 3, 111, 3.

β): erant quinque ordinis senatorii: ⟨*Dauis.; Np.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *z;* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius; praeterea ...: 1, 23, 2.

B. additur alius numerus: ab iis ⟨*c*⟩, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est milium quinquaginta trium ⟨.L^{ta} III.^{um} *Q;* .L. III. *a;* .LIII; *h*⟩: II 33, 7; ¶ coactis equitum milibus VIII ⟨*o*⟩ et peditum circiter CCL ⟨CCXXXX *A; Fr.;* C̄C.XXXX *QB*^{2}*;* CXXXX *B*^{1}*;* CCXL *M; Db.;* CCL β; *Oros., Flor., Polyaen.*⟩. haec in Haeduorum finibus recensebantur numerusque inibatur: VII 76, 3.

quinque. *In B. Gallici libris plene uidetur scriptum esse* quinque *in X* I 10, 3; V 8, 2; VI 5, 6; VII 60, 2. 3; *item* I 48, 3, *quamquam in Frigellii editione exstat* V; VI 36, 2 *in ef inuenitur* V, *sed in* α *et ah uidetur scriptum esse* quinque. *In* α *est* quinque, *in* β .V. 153, 1; II 13, 2; VI 7, 4; *in* α quina milia, *in* β .V̄. VII 75, 3; — V *uidetur inueniri in* X (.V̄. *in B*), *quamquam Db. edidit* quinque, V 24, 4; *item* V *exstat in X* (V̄ *A;* .V̄ *Q;* .Ū. *BMh;* .V. mlt *a*) IV 12, 1. — *In B. Ciuilis libris ex Nipperdei et Diibneri consensu colligi posse uidetur 5 locis* (1, 46, 1; 47, 3; 60, 5; 3, 54, 2; 101, 5) *in z exstare* quinque, *18 locis* (1, 5, 4; 12, 1; 16, 2; 18, 2; 39, 1; (61, 4;) 65, 3; 66, 4; 83, 1. 2; 2, 7, 2; 8, 2; 10, 2; 39, 1; 3, 24, 2; 34, 2; 46, 6; (69, 1) V. — *Vno loco* (1, 11, 4) *in afh uidetur inueniri* V, *in l scriptum esse* quinque *testatur F. Ramorino; uno loco* (3, 4, 1) *ap. Np. est* V, *apud Db.* quinque.

Numeri compositi semper in codd. numerorum notis uidentur significari: XXV *in X* II 4, 9; V 7, 3; 46, 1; VI 7, 4; VII 24, 1; 40, 4 (*nam Nipperdei, qui* VI 7, 4 *scripsit* uiginti quinque, *nulla in eius modi rebus potest esse auctoritas*); V *et* XX *est in z* 2, 37, 3; XXXV *uidetur scriptum esse in X* VII 75, 2, *in z* 3, 101, 2; XLV *in z* 3, 88, 4.

A. non additur alius numerus; a) additur subst.: perfecto ponte, magnis quinque ciuitatibus ad amicitiam adiunctis ... multae longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt: 1, 60, 5; ¶ unam legionem ... et cohortes V in Eburones ... misit: V 24, 4; M. Antonium cum cohortibus V Arretium mittit: 1, 11, 4; certior factus Iguuium Thermum praetorem cohortibus V tenere: 1, 12, 1; cohortes V praemissae a Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant: 1, 16, 2; mittit eo M. Antonium cum legionis ⟨legione *Nhl;* -nibus *Of*⟩ XIII. ⟨*Vossius;* VIII *z*⟩ cohortibus V: 1, 18, 2; Curio cum omnibus copiis ... exierat cohortibus V castris praesidio relictis: 2, 39, 1; Sabinum cum cohortibus V paucisque equitibus in Aetoliam (ire) *iussit: 3, 34, 2; — Labienus ... praesidio quinque cohortium ⟨.V. coh. praes. β; praes. coh. quinque *pr. edd.; Db.*⟩ impedimentis relicto cum XXV cohortibus magnoque equitatu contra hostem proficiscitur: VI 7, 4; Cicero ... septimo die ... quinque cohortes frumentatum in proximas segetes mittit ⟨*c*⟩: VI 36, 2; quinque cohortes, quas minime firmas ... esse existimabat, castris praesidio relinquit, quinque eiusdem legionis reliquas de media nocte cum omnibus impedimentis ... proficisci imperat: VII 60, 2. 3; (Lucilium Hirrum cum sex ⟨V *Ciacc.*⟩ cohortibus ... excipit: 1, 15, 5;) ¶ ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit: I 48, 3; — V primis diebus, quibus haberi senatus potuit, ... decernitur: 1, 5, 4; ipse eodem cum exercitu proficiscitur biduique ⟨V dierum *Stoffel*⟩ iter progressus ad flumen Bagradam peruenit: 2, 24, 1; et quinque intermissis diebus alteram noctem subnubilam nactus ... silentio exercitum eduxit: 3, 54, 2; ¶ hoc cum esset modo pugnatum continenter horis ⟨horas *Wsbg*⟩ quinque nostrique grauius ... premerentur: 1, 46, 1; — quod ... impari congressi numero ⟨numero quod *hl*⟩ quinque horis proelium sustinuissent: 1, 47, 3; ¶ ipse cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiscitur: VI 5, 6; acies erat Afraniana duplex, legionum ⟨leḡ. *Oal*⟩ V ⟨I *O*⟩, tertium ⟨*c*⟩ in subsidiis locum alariae cohortes ⟨*c*⟩ obtinebant ⟨*c*⟩; Caesaris triplex: 1, 83, 1; impositae, ut supra demonstratum est, legiones VII ⟨VI *Np.;* V *Ciacc.*⟩: 3, 6, 2; qua proximum iter ... erat, cum his ⟨*c*⟩ quinque legionibus ire contendit: I 10, 3; ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum,

quem . . . reliquerat ⟨*e*⟩, . . . soluit: V 8,2; primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus ⟨ex quaque legione *Ellebodius*⟩ tenebant: 1, 83, 2; (tantum nauium repperit, ut anguste XV milia ⟨LX cohortes *coni. Np.*⟩ legionariorum ⟨*e*⟩ militum, ⟨VII (*uel* V) legiones et *Ciacc.; u. CC*⟩ DC ⟨*e*⟩ equites ⟨*e*⟩ transportari ⟨*e*⟩ possent: 3, 2, 2;) Pompeius . . . re nuntiata V legiones ⟨*Np.;* V^ta^ legione *af;* V (*uel* V^tam^) legionem *Ohl*⟩ ab opere deductas ⟨*Np.;* deducta *af;* deductam *Ohl*⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ¶ neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia ⟨-bus *a*⟩ passuum ex eo loco circiter quinque ⟨quinquaginta *Oros., Plut.; Np., Db.*⟩ peruenerunt ⟨*e*⟩: I 53, 1; cum . . . ab eo oppido Caesar cum exercitu circiter milia ⟨*om.* α⟩ passuum quinque abesset: II 13, 2; (id erat oppidum positum ad Hiberum miliaque ⟨mil. V *z*⟩ passuum a castris aberat XXX ⟨*Göl.;* XX *z; Np., Db.* — positum ab Hibero milia V passuum; a castris aberat XX *olim F. Hofm.*⟩: 1, 61, 4;) a milibus passuum V itinera difficilia atque angusta excipiebant: 1, 65, 3; — (nostros equites;) quorum erat V milium ⟨V̄ α*h*⟩ numerus, cum ipsi non amplius octingentos ⟨*e*⟩ equites haberent: IV 12, 1; imperant . . . † Senonibus ⟨sena Andibus *Em. Hoffm.; Db.*⟩, Ambianis, Mediomatricis, Petrocoriis, Neruiis, Morinis, Nitiobrogibus quina milia ⟨.V̄. β⟩, Aulercis ⟨Nitiobrogibus; quinque milia Aul. *Em. Hoffm., Db.*⟩: VII 75, 3; (erant) equitum ⟨*e*⟩ . . utriusque prouinciae ⟨*u. CC*⟩ circiter V milia: 1, 39, 1; praemiserat . . . auxilia peditum V milia ⟨*coniec. Np.;* peditum nulla *z*⟩, equitum III milia: 1, 39, 2; uterque idem suis renuntiat: V milia passuum proxima intercedere ⟨*e*⟩ itineris campestris, inde excipere loca . . . montuosa: 1, 66, 4; ¶ naues sunt ⟨*e*⟩ combustae quinque: 3, 101, 5; ¶ patebat haec (turris) quoque ⟨*e*⟩ uersus pedes XXX, sed parietum crassitudo pedes ⟨pedum *O*⟩ V: 2, 8, 2; columellae pedum in altitudinem V defiguntur: 2, 10, 2; ¶ quadriremes V ad eas misit: 3, 24, 2; ¶ (quinque remis: 3, 101, 6 *u.* **quinqueremis.**)

b) non add. subst.; α): quinque . . . reliquas (cohortes): VII 60, 3 *u.* **a)** quinque cohortes; ¶ legiones effecerat ciuium Romanorum VIIII: V ex Italia, quas traduxerat, unam . . .: 3, 4, 1; ¶ ex eo numero nauium nulla desiderata est; ex Massiliensium classe V sunt depressae, IIII captae, una . . . profugit; quae omnes . . .: 2, 7, 2.

β): erant quinque ordinis senatorii: ⟨*Dauis.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *z;* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius; praeterea . . .: 1, 23, 2; ¶ nostri . . . compluribus interfectis V omnino ⟨*u. CC*⟩ suorum amissis quietissime *se* receperunt: 3, 46, 6.

B. additur alius numerus; a) XXV: Labienus . . . praesidio ⟨*o*⟩ quinque cohortium impedimentis relicto cum **XXV** cohortibus magnoque equitatu contra hostem proficiscitur: VI 7, 4; ¶ dies ⟨*om. BM*⟩ circiter **XXV** in eo loco commoratus . . . dabat operam, ut: V 7, 3; et diebus XXV aggerem latum ⟨*CC*⟩ pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ¶ cuius hiberna aberant ab eo milia passuum **XXV**: V 46, 1; progressus milia passuum XXV: VII 40, 4; — Ambianos (polliceri) decem milia, Morinos **XXV** ⟨XXII *f*⟩ milia: II 4, 9; comperit minus V et **XX** milibus longe ab Vtica eius copias abesse: 2, 37, 3.

b) XXXV: imperant Haeduis atque ⟨*e*⟩ eorum clientibus . . . milia **XXXV**; parem numerum Aruernis: VII 75, 2; ¶ Cassius . . . omnes naues incendit **XXXV** ⟨*del. Ciacc.*⟩, e quibus erant XX constratae ⟨*e*⟩: 3, 101, 2.

c) XLV: haec erant milia ⟨numero milia *hl*⟩ **XLV**, euocatorum circiter duo: 3, 88, 4.

(d) LXXV: cohortes in acie LXXX ⟨LXX *h;* LXXV *Np.*⟩ constitutas habebat, quae summa erat milium XXII: 3, 89, 2.)

quinqueremis: Vatinius . . . scaphis elicuit naues Laelianas atque ex his longius productam unam quinqueremem et minores duas in angustiis portus cepit: 3, 100, 2; milites . . . a terra soluerunt impetuque facto in Cassianam classem quinqueremes ⟨quinque remis *z*⟩ duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt: 3, 101, 6; naues longas . . ., quarum erant L auxilio missae ad Pompeium proelioque . . . facto domum redierant, illae triremes ⟨quadriremes (*pro* illae trir.) *Paul*⟩ omnes et quinqueremes aptae instructaeque omnibus rebus ad nauigandum: 3, 111, 3.

Quintilius: erant quinque ordinis senatorii: ⟨*Dauis.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *codd.:* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius ⟨Quinct. *constant. Paul*⟩ Varus quaestor, L. Rubrius; praeterea . . .: 1, 23, 2; erat in exercitu Vari Sex. Quintilius Varus, quem fuisse Corfinii supra demonstratum est. hic dimissus a Caesare in Africam

uenerat: 2, 28, 1; hanc nactus appellationis causam Quintilius circumire aciem Curionis atque obsecrare milites coepit, ne: 2, 28, 2; *cf. quae sqq.*

quintus. A. non additur alius numerus: Caesar ex eo loco quintis castris Gergouiam peruenit: VII 36, 1; ¶ is dies erat a. d. ⟨erat ad *X*⟩ V. Kal. April. L. Pisone, A. Gabinio consulibus: I 6, 4; dies conloquio dictus est ex eo die quintus: I 42, 3; erat aeger . . . relictus P. ⟨*c*⟩ Sextius Baculus . . . ac diem iam quintum cibo caruerat: VI 38, 1; — Volusenus perspectis regionibus omnibus ⟨*c*⟩ . . . quinto ⟨.V. β⟩ die ad Caesarem reuertitur: IV 21, 9; ¶ (Pompeius . . . re nuntiata V legiones ⟨*Np.*; V^{ta} legione *af*; V (*uel* V^{tam}), legionem *Ohl*⟩ ab opere deductas ⟨*Np.*; deducta *af*; deductam *Ohl*⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1.)

B. additur alius numerus: quintus decimus: (quem locum XII. ⟨.XII. β; duodecima *AQ*; *edd. plur.*; quintadecima *BM*; *Fr.*⟩ legio tenebat: VII 62, 4;) ¶ **XV.** Kal. Maias ex itinere: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2.

Quintus *u.* **Q.** *p. 1299—1301;* (iis (legionibus) M. Crassum ⟨quintum *add.* α; quaestorem *N*; *Ald.*; *edd.*; *om.* β⟩ et L. Munatium Plancum et C. Trebonium legatos praefecit: V 24, 3.)

quis, quid (pron. interrog.) *De* forma (quis, qui) *u.* **qui** *p. 1547.*

Conlocatio: quibuscum: I 20, 6.

Significc. 1. masc.; A. singul.; a) in interrogatione orationis obliquae: quod uero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis ⟨*c*⟩ eripi quis pati posset? I 43, 8; ¶ postremo quis hoc sibi persuaderet sine certa spe ⟨*c*⟩ Ambiorigem ad eius modi consilium descendisse? V 29, 5.

b) in interrogatione obliqua: ubi ille . . . restitit et quis esset aut quid uellet quaesiuit: 2, 35, 2; ¶ e captiuis quaerit, quis castris ad Bagradam praesit; respondent Saburram: 2, 39, 2.

B. plur.: tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut: 2, 43, 4; ¶ Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur ⟨loquitur B^1M⟩ scire possit: I 20, 6.

2. neutr.; A. sing.; a) propr. (= τί); α) in interrogatione orationis rectae; αα) subi.: postremo quid uiro bono et quieto et bono ciui magis conuenit quam abesse a ciuilibus controuersiis? *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2; ¶ quid ergo mei consilii est? ⟨*codd. plur. post* ergo *distinguunt, non post* est⟩ facere quod nostri maiores . . . fecerunt: VII 77, 12; nam quid illi simile bello fuit? VII 77, 13; quid enim est illis optatius quam uno tempore et nos circumuenire et uos nefario scelere obstringere? 2, 32, 3.

ββ) obi.: castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam et desperationem omnium et alienationem exercitus? 2, 31, 4; ¶ Romani uero quid petunt ⟨adpetunt *Paul*⟩ aliud aut quid uolunt nisi . . . quos fama nobiles . . . cognouerunt . . . his aeternam iniungere seruitutem? VII 77, 15; ¶ aut quid irati grauius † de uobis sentire ⟨grauius uobis censere *Paul*⟩ possunt quam ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant . . .? 2, 32, 4; ¶ quid uolunt: VII 77, 15 *u.* quid petunt.

γγ) elliptice: quid ergo? Romanos ⟨β; romanorum animos α; *pr. edd.*⟩ in ⟨*om. AQ*⟩ illis ulterioribus munitionibus animine ⟨β; sine α; *pr. edd.*; *Fr.*⟩ causa cotidie exerceri putatis? VII 77, 10; (77, 12 *u.* αα);) quid ergo? syngraphae non sunt, sed ⟨non sunt? Sed *Np.*⟩ res aliena est: *ap. Iul. Rufinian.* § 8 *(rhet. lat. min. ed. Halm p. 40).*

β) in orationis obliquae interrogationibus; αα) subi.: postremo quid esse ⟨β; esset α⟩ leuius aut turpius quam auctore hoste de summis rebus capere consilium? V 28, 6; quid hominum ⟨β; quid inominum *A*; quid in hominum *BMQ*; quid enim hom. *Fr.*, *Db.*⟩ milibus LXXX ⟨*c*⟩ uno loco interfectis ⟨quid *add.* β⟩ propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis: VII 77, 8.

ββ) obi.: quid sibi uellet? cur in suas possessiones ueniret? I 44, 8; ¶ quod si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem uererentur? I 40, 4.

γ) in interrogat. obliqu.; αα) subi.: tanta erat summae ⟨*c*⟩ rerum exspectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret ⟨-erit Oa^1⟩, qui quosque euentus exciperent: 1, 21, 6; ¶ neque certa subsidia conlocari neque quid in quaque parte opus esset prouideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; haec procul ex oppido uidebantur . . ., neque tanto spatio certi quid esset explorari poterat: VII 45, 4; quid sui consilii sit ostendit: I 21, 2; Labienus noctu ⟨*c*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨*c*⟩ quid sui sit ⟨sit sui β⟩ consilii proponit: VI 7, 8; sibi autem mirum uideri, quid in sua Gallia

. . . aut Caesari aŭt omnino populo Romano negotii esset: I 34, 4; regem hortatus est, ut . . . legatos ad Achillam mitteret et quid esset suae uoluntatis ostenderet: 3, 109, 3; ¶ quid fieret, fieri uellet, *sim. u.* **facio** *p. 1262* ϑϑ) *(13 loc.).*

ββ) **obi.:** agere *u.* **ago** *p. 218 med. (5 loc.);* ¶ cotidie tamen equestribus proeliis quid hostis uirtute posset et quid nostri auderent periclitabatur ⟨*e*⟩: II 8, 2; ¶ uti . . . cogant et quid ⟨*Aimoin.;* quod *X; Schn., Frig., Db., Hold.*⟩ quisque eorum de quaque re audierit aut cognouerit quaerant: IV 5, 2; ¶ productis omnibus copiis . . . quid hostes consilii caperent exspectabat: III 24, 1; et quid reliqui consilii caperent atque unde initium belli fieret explorabant ⟨*e*⟩: V 53, 4; ¶ cognoscere: IV 5, 2 *u.* audire; ¶ facere *u.* **facio** *p. 1262* ϑϑ) *(13 loc.);* ¶ prius . . . quam plane ab his ⟨*e*⟩ uideri aut quid rei gereretur cognosci posset: III 26, 3; inscii quid ⟨quod *AQ*⟩ in Haeduis gereretur concilio coacto . . . consultabant: VII 77, 1; Caesar idoneum locum nactus quid quaque in ⟨*sic* β; *Fr.;* qua ex α; quaque ex *plur. edd.*⟩ parte geratur cognoscit: VII 85, 1; ¶ temptandum *Caesar* existimauit, quidnam Pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicandum haberet: 3, 84, 1; ¶ cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset ⟨*e*⟩, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur: V 31, 4; ¶ modo conscripti . . . ad tribunum militum centurionesque ora conuertunt: quid ab his praecipiatur exspectant: VI 39, 2; ¶ relinquere: V 31, 4 *u.* portare; ¶ (exposuit ⟨*e*⟩, quid iniquitas loci posset, quod ⟨*Vielh.;* quid *X; edd.*⟩ ipse ad Auaricum sensisset, cum . . .: VII 52, 2;) ¶ ubi ille . . . restitit et quis esset aut quid uellet quaesiuit: 2, 35, 2.

γγ) **abl.:** non alienum esse uidetur de Galliae Germaniaeque moribus et quo differant hae nationes inter sese proponere: VI 11, 1.

b) trsl.; α) = *διὰ τί*, **cur, quam ad rem;** αα) **in interrog. recta:** Pulio, cum acerrime . . . pugnaretur, Quid dubitas, inquit, Vorene? aut quem locum . . . exspectas ⟨*e*⟩? V 44, 3; unus ex captiuis Quid uos, inquit, hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse fortunatissimos ⟨*e*⟩? VI 35, 8; perterritum, inquit, hostem uides, Curio; quid dubitas uti temporis oportunitate? 2, 34, 4; quid mihi, inquit, aut uita aut ciuitate opus est, quam beneficio Caesaris habere uidebor? 3, 18, 4.

ββ) **in interrogat. orationis obliquae:** conclamauit: quid ad se uenirent? an speculandi causa? I 47, 6.

β) = *πόσον*, **quantum;** αα) **non additur genetiuus:** (cum nostri) quid sine imperatore et sine reliquis legionibus adulescentulo duce efficere possent perspici cuperent: III 21, 1; ¶ quid posse(n)t *u.* **possum 1. A.** *p. 1126 (5 loc.);* ¶ at ⟨*e*⟩ uero quid proficimus, si accepto magno detrimento ab oppugnatione castrorum discedimus? 2, 31, 3.

ββ) **additur genet.:** neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio interiectis sagittariis quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨*e*⟩: VII 36, 4; — quod penes eum est pecuniae tradit et quid ubique habeat frumenti et ⟨*e*⟩ nauium ostendit: 2, 20, 8; — quid iniquitas loci habeat incommodi ⟨incomm. hab. β⟩ proponit: VII 45, 9; — nuntiosque . . . mittit, quibus regionibus exercitum exposuisset et quid ⟨qui *af*⟩ militum transuexisset: 3, 29, 4; — quid . . . nauium: 2, 20, 8 *u.* quid frumenti; — obsides imperat et quid ⟨β; quod AB^1Q; quot MB^2⟩ in annos singulos uectigalis populo Romano Britannia penderet constituit: V 22, 4; — quid . . . uirtutis: VII 36, 4 *u.* quid animi.

B. plur. (in interrog. obl.); a) subl.: (in posterum oppugnationem differt quaeque ad eam rem usui sint ⟨sunt *Of*⟩ militibus imperat: VII 11, 5;) ¶ fieri *u.* **facio** *p. 1262* ϑϑ) *(6 loc.).*

b) obi.: Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur ⟨*e*⟩ scire possit: I 20, 6; (ibi per certos exploratores in singula diei tempora quae ad Auaricum gererentur ⟨β; agerentur α; *edd.*⟩ cognoscebat: VII 16, 2;) testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quae per Vatinium in conloquiis, quae per A. Clodium ⟨*e*⟩ cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: 3, 90, 2; ¶ legatis . . . conuocatis et ⟨*om.* β⟩ quae ex Voluseno cognouisset ⟨B^2β; cognosset α; *edd.*⟩ et quae fieri uellet ostendit: IV 23, 5; ¶ simul commonefacit, quae ipso praesente in concilio *[Gallorum] de Dumnorige sint dicta et ostendit, quae separatim quisque de eo apud se dixerit: I 19, 4; (his mandauit, ut quae diceret Ariouistus cognoscerent et ad se referrent: I 47, 5;) producuntur ii ⟨*e*⟩, quos ille edocuerat, quae dici uellet: VII 38, 4; ¶ huc pauca ad spem largitionis addidit, quae ab sua liberalitate, si se atque Attium secuti essent, exspectare deberent: 2, 28, 3; ¶

facere *u.* **facio** *p. 1262 99)* *(6 loc.)*; ¶ gerere *u.* **gero** *p. 1384* **B.** *(7 (6) loc.)*; ¶ quae ipse intellegat, quae ciuitas queratur proponit: I 20, 6; ¶ reuertitur quaeque ibi perspexisset renuntiat: IV 21, 9; ¶ iam ante ⟨*c*⟩ edocti ⟨*c*⟩, quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt: VII 20, 10; ¶ queri: I 20, 6 *u.* intellegere; ¶ Dumnorigem ad se uocat, fratrem adhibet; quae ⟨ille *add. Paul*⟩ in eo reprehendat ostendit: I 20, 6.

[**Falso:** acerbitatem inimicorum docet, qui ⟨quid *ahl*¹⟩ quod ab altero ⟨*c*⟩ postularent, in se recusarent: 1, 32, 5; addit etiam, ut quae ⟨*Paul;* quod *Np.; edd.;* quid *z*⟩ quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis ⟨*c*⟩, qui amiserint ⟨*c*⟩, restituantur ⟨*Paul;* restituatur *Steph.;* restituat *z*⟩: 1, 87, 1.]

quo (interrog.); A. in interrog. recta: Litauiccus . . . conuocatis subito militibus lacrimans Quo proficiscimur, inquit, milites? VII 38, 1. 2.

B. in interrog. obliqu.: (currere: VII 24, 4 *u.* occurrere;) ¶ sed quo essent [eae] (naues) delatae primis diebus ignorabant: 3, 30, 1; ¶ neque quo signa ferantur neque quam in partem quisque conueniat ⟨contendat?⟩ prouident: VI 37, 6; ¶ picem reliquasque ⟨*c*⟩ res, quibus ignis excitari potest, fundebant, ut quo primum occurreretur ⟨β; *Schn.;* curreretur α; *rell. edd.*⟩ aut cui rei ferretur auxilium uix ratio iniri posset: VII 24, 4; ¶ cupiditatem . . militum ⟨*o*⟩ reprehendit, quod sibi ipsi iudicauissent, quo ⟨quod *h*⟩ procedendum aut quid agendum uideretur: VII 52, 1; ¶ quibus amissis reliqui neque quo se reciperent neque quem ad modum oppida defenderent habebant: III 16, 3; qui ⟨*c*⟩ (Morini) cum propter siccitates ⟨*c*⟩ paludum quo se reciperent non haberent: IV 38, 2; quarum (alcium) ex uestigiis cum est animaduersum a uenatoribus, quo se recipere consuerint: VI 27, 4.

quis, quid (pronom. indefinitum). *De forma* (qui, quis) *u.* **qui** *p. 1550.*

A. ui substantiui; a) masc.; α) sing.; αα) quis (nominat.); a) ne quis: duces eorum tota acie pronuntiari ⟨*c*⟩ iusserunt, ne quis ab loco discederet: V 34, 1; ¶ idque ⟨*c*⟩ eius rei causa antiquitus institutum uidetur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret: VI 11, 4; ¶ iure iurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt: I 30, 5.

b) neu quis: praecipit atque interdicit . . ., unum omnes petant ⟨*c*⟩ Indutiomarum ⟨*c*⟩ neu quis quem ⟨quisquam alium β⟩ prius uulneret, quam illum interfectum uiderit ⟨*c*⟩: V 58, 4; ¶¶ ne quid iis ⟨*c*⟩ noceatur neu quis inuitus sacramentum ⟨*c*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4.

c) si quis: ciuitates . . . habent legibus sanctum, si quis ⟨*om.* β⟩ quid de re publica a finitimis rumore ac ⟨β; *Fr.;* aut α; *plur. edd.*⟩ fama acceperit ⟨acceperint β⟩, uti ad magistratum deferat ⟨deferant β⟩ neue cum quo ⟨*om. bk; pr. edd.*⟩ alio communicet ⟨communicent β⟩: VI 20, 1; ¶ M. Coelius Rufus praetor causa debitorum suscepta . . . tribunal suum iuxta C. Trebonii, praetoris urbani, sellam conlocauit et, si quis appellauisset de aestimatione et de solutionibus, quae per arbitrum fierent . . ., fore auxilio pollicebatur: 3, 20, 1; ¶¶ si quis . . . prehenderetur: 3, 110, 4 *u.* **B. b) α).**

b) ubi quis: VI 23, 7 *u.* **B. b) β).**

ββ) quem: V 58, 4 *u.* **αα) b).**

γγ) quo: VI 20, 1 *u.* **αα) c).**

β) plur.; αα) nominat.: errare si qui in bello omnes secundos rerum prouentus exspectent: VII 29, 3; ¶ (Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neue alia re iuuarent; qui si ⟨si qui *Paul*⟩ iuuissent, se eodem loco quo Heluetios habiturum: I 26, 6;) ¶ (sed qui ⟨*AQβ*; sed si qui *BM; Fr., Db., Dt*¹⟩ sunt ex iis ⟨*c*⟩ nati, eorum habentur liberi, quo: V 14, 5;) ¶ ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his . . . rerum omnium inopia pereundum uideretur: VI 43, 3; ¶ mittuntur ad Caesarem confestim a ⟨*c*⟩ Cicerone litterae magnis propositis praemiis, si ⟨qui *add. Paul*⟩ pertulissent: V 40, 1; ¶ late . . is locus restagnat; quem si qui ⟨si quis *recc.;* sibi *af*⟩ uitare uoluerit ⟨uoluerunt *NO*¹*z;* uoluerint *Paul*⟩, sex milium circuitu in oppidum peruenit ⟨-niunt *Nhl; Paul;* peruenient *V.*⟩: 2, 24, 4.

ββ) acc.: si quos aduersum proelium et fuga Gallorum commoueret ⟨moueret *A*¹⟩, hos ⟨*c*⟩ . . . reperire ⟨*c*⟩ posse: I 40, 8; ¶ (ab his fit initium retinendi Silii ⟨*c*⟩ atque Velanii ⟨et si quos intercipere potuerunt *add.* β⟩: III 8, 2;) ¶ parentes suos commendabant, si quos ex eo ⟨*c*⟩ periculo fortuna seruare potuisset: 2, 41, 8.

b) neutr. (sing.); α) neque genet. neque adiectiuum additur; αα) ne quid: eam (contabulationem) in parietes instruxerunt ita, ut

capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, ne quid emineret, ubi ignis hostium adhaeresceret: 2, 9, 1; ¶¶ ne quid de iure aut de legibus ⟨de legibus aut iure β⟩ eorum deminuisse uideretur, ipse in Haeduos proficisci statuit: VII 33, 2; ¶ nocere *u.* **noceo B. b)** *p. 781 (3 loc.).*

ββ) **qui quid:** qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerat, is et uir et ciuis optimus habebatur: 3, 32, 3.

γγ) **seu quid:** principes . . . cotidie ad se conuenire iubebat, seu quid ⟨quit *B*⟩ communicandum seu quid ⟨quit *B*⟩ administrandum uideretur: VII 36, 3; ¶ cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari uidebatur, . . . haec ad Pompeium omnia detulerunt: 3, 61, 3.

δδ) **si quid; a) subi.:** (Dumnorigem,) si quid accidat Romanis, summam in spem . . . regni obtinendi uenire: I 18, 9; si quid his ⟨*c*⟩ per uim accidat: III 22, 2; ¶ si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum uenturum fuisse: I 34, 2; ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5.

b) obi.: accipere: VI 20, 1 *u.* **a)** α) αα) **c)** accipere; ¶ ut . . ., si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei . . . dicerent: 3, 82, 3; ¶ ut, si quid possent, de indutiis fallendo impetrarent: IV 13, 5; ¶ L. Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque oportunitate temporis proficere possit ⟨*k; Np.;* posset *X; edd. plur.*⟩: VI 29, 4; ¶ diem se ad deliberandum sumpturum; si quid uellent, ad Idus April. reuerterentur: I 7, 6; si quid ille se uelit, illum ad se uenire oportere: I 34, 2.

β) **additur** αα) **genet.; a) ne quid:** aditum eorum ⟨*c*⟩ sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione ⟨*c*⟩ incommodi accipiant: VI 13, 7; ¶ dent operam consules, praetores . . ., ne quid res publica detrimenti capiat: 1, 5, 3; darent operam magistratus, ne quid res publica detrimenti caperet: 1, 7, 5; ¶ pueris mulieribusque in muro dispositis ⟨*c*⟩, ne quid cotidianae consuetudinis desideraretur, ipsi . . . inruperunt: 3, 9, 6.

b) neu quid: omnes conseruauit militibusque suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur neu quid sui desiderarent: 3, 98, 2.

c) nisi quid: non posse (se) eius imperia diutius sustinere ⟨*c*⟩. nisi ⟨si *add. A corr., QB, Mcorr.; Np., Fr., Db., Hold.*⟩ quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum: I 31, 14.

b) si quid: ut, si quid aduersi accidisset, ne ad conandum quidem sibi quicquam reliqui fore uiderent: 2, 5, 5; ¶ (si quid . . . sit auxilii: I 31, 14 *u.* **c);)** proinde, si quid ⟨quit *B*⟩ in nobis animi est ⟨est in n. a. β⟩, persequamur eorum mortem: VII 38, 8; Afranius paene omne frumentum . . . Ilerdam conuexerat, reliqui ⟨-quum *f*⟩ si quid fuerat, Caesar superioribus diebus consumpserat: 1, 48, 5; ¶¶ tantas uideri Italiae facultates, ut, si quid esset in bello detrimenti acceptum, . . . id breui tempore sarciri ⟨*c*⟩ . . . posset: VI 1, 3; ¶ ut, si quid ⟨*af:* quod *αhl*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret: VII 9, 4; ¶ fame et ⟨*c*⟩ inopia adductos (se) clam ex castris exisse, si ⟨ne *hl*⟩ quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent ⟨possint β⟩: VII 20, 10.

ββ) **adiect.; a) ne quid:** Caesarem . . obsecrare coepit, ne quid grauius in fratrem statueret: I 20, 1.

b) si quid: quod si quid ei a Caesare grauius accidisset, . . . neminem existimaturum non sua uoluntate factum: I 20, 4; hi sapient; si grauius quid acciderit, abs te rationem reposcent: V 30, 2; ut . . . militum mentes sanarentur, simul, si quid ⟨quicquid *a pr.*⟩ grauius accidisset, magna multitudine nauium . . . facilius in Siciliam receptus daretur: 2, 30, 3; — tuemini, inquit, castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: 3, 94, 6; ¶ hi, si quid erat durius, concurrebant: I 48, 6.

B. ui adiect.; a) additur substant.; α) **ne quis:** et ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset: III 29, 1; ¶ ne quis aut ⟨*om.* β⟩ ex huius iracundia aut ex eo quod meruerat odio ciuitatis motus exsistat: VI 5, 2; firmo in Treueris ad pontem praesidio ⟨*o*⟩ relicto, ne quis ab his subito motus oreretur: VI 9, 5.

β) **seu quis:** pronuntiari iubent, seu quis Gallus seu ⟨quis *add.* β⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere: V 51, 3.

b) antecedit substant.; α) **si quis:** 3, 20, 1 *u. p. 1574* **c)** appellare; — fugitiuis omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus certaque uitae condicio, ut dato nomine militum essent numero; si ⟨esset numero si *NOaf;* esse numero; quorum si *hl*⟩ quis a domino

deretur ⟨compreh. *f;* prehendebatur *O*⟩, su militum eripiebatur: 3,110,4.

bi quis: atque ubi quis ex principibus cilio dixit ⟨dixerit *Aim.*⟩ se ducem fore, qui uelint profiteantur, consurgunt ii ⟨*e*⟩, I 23,7.

: scribendum ad te existimaui et pro beneuolentia petendum, ne quo pro-reris proclinata ⟨*e*⟩ iam re, quo ⟨*M pr.; corr.*⟩ integra etiam progrediendum tibi xistimasses: *ap. Cic. ad Att.* X 8, *B*, 1; si quo ⟨quod *a*⟩ opus esset, subsidio possent: II 8,5; ¶ si quo erat prodeundum aut celerius recipien-I 48,7.

snam, quonam *u.* **nam 2.** *p. 686.*

spiam: neque saepe accidit, ut neglecta iam religione aut capta apud ⟨*e*⟩ se ⟨*e*⟩ re aut posita tollere auderet: VI 17,5; quaepiam ⟨*om.* β; cum quepiam *B;* piam *M;* cum quẽ piã *Q*⟩ cohors ex xcesserat atque impetum fecerat, hostes sime refugiebant: V 35,1.

squam. **Forma:** *Vno loco,* V 41,5, *in nuenitur* quidquam, *(in M*β quicquam,*) s (10) locis omnes codd. uidentur habere* uam.

substant.; antecedit A. neque (nec): tutius neque honestius reperies quic-quam ab omni contentione abesse: *ap. Att.* X 8 *B*, 2; — ut locis frigidissimis uestitus praeter pelles haberent ⟨ha-*DE; edd. pr.*⟩ quicquam ⟨*om.* β⟩ . . . arentur ⟨lauantur *X*⟩ in fluminibus: IV *u. praeterea* **neque** *p. 759 et 760* **c) α)**).

ne . . quidem: ne eo quidem tempore uam loco cessit, sed circumuenti om-terfectique sunt: VII 62,7; — ut non . . . decederet nemo, sed paene ne re-ret quidem quisquam ac tum omnes ne fortissimeque pugnarent: V 43,4; ¶ quid aduersi accidisset, ne ad conandum sibi quicquam reliqui fore uide-2,5,5.

ne: interdicitque omnibus, ne quem-interficiant: VII 40,4.

eu: praecipit atque interdicit, . . . unum petant ⟨*e*⟩ Indutiomarum ⟨*e*⟩ neu quis ⟨quisquam alium β⟩ prius uulneret illum interfectum uiderit ⟨*e*⟩: V 58,4.

: errare eos dicunt, si quicquam ab iis aesidii sperent, qui suis rebus diffi-V 41,5.

rius quam: itaque prius quam quic-quam conaretur, Diuiciacum ad se uocari iubet: I 19,3.

G. interrogat.: cur hunc tam temere quis-quam ab officio discessurum iudicaret? I 40, 2; cur sui quicquam esse imperii aut pote-statis trans Rhenum postularet? IV 16,4.

2. ui adiectiui: qui . . . milites . . . con-tinuisset ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset: VI 36,1.

[**Falso:** cognoscit non decimum quemque ⟨quemquam β⟩ esse reliquum ⟨relictum β⟩ mi-litem sine uulnere: V 52,2.]

quisque. A. antecedit a) relatiuum; α) quisque ui substant.; anteced. αα) pron. relat.: addit etiam, ut quae ⟨*Paul;* quid *z;* quod *Np.; edd.*⟩ quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, . . . restituantur ⟨*Paul;* restituatur *Steph.; edd.;* re-stituat *z*⟩: 1,87,1; — omnes uici atque omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incen-debantur: VI 43,2; — quam quisque ab opere in partem casu deuenit quaeque prima ⟨*o*⟩ signa conspexit, ad haec constitit, ne in quaerendis suis ⟨ne inquirendo suos β⟩ pu-gnandi tempus dimitteret: II 21,6; ¶ ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda, quae a ⟨*a*β*l;* ab α; *edd.*⟩ quoque traduntur ⟨tradantur β⟩, aptissi-mum: VII 22,1.

ββ) ubi: ubi cuique ⟨*sic* β; ubicumque α; *Fr.;* ut cuique *Heller*⟩ aut ualles abdita aut locus ⟨*e*⟩ siluestris ⟨*e*⟩ aut ⟨*e*⟩ palus impedita spem praesidii ⟨*e*⟩ aut ⟨*e*⟩ salutis aliquam offerebat, consederat ⟨consederant *rec.; Fr.*⟩: VI 34,2.

γγ) (pro)ut: dicuntur sententiae graues; ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita [quam] maxime ab inimicis Caesaris con-laudatur: 1,2,8; — (qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque quique ⟨B^2β; ut quisque α⟩ equitatui praeerant: I 39,5;) eorum ut quisque primus uene-rat, sub muro consistebat suorumque pugnan-tium numerum augebat: VII 48,2; ¶ cu-stodiarum uaria diligentia animaduersa, prout cuiusque eorum, qui negotiis praeerant, aut natura aut studium ferebat: 3,61,3; ¶ (ut cuique: VII 81,4 *u.* **c) α) ββ)** *extr.*))

β) pronomini quisque uel additur sub-stant. uel intellegendum est; antecedit αα) pron. relat.: (qui quacumque ⟨β; quaque α; *Aim.; pr. edd.; Schn., Db., Hold., Dt.²;* qua-qua *Fr.*⟩ de causa ad eos uenerunt ab ⟨*e*⟩ in-iuria prohibent: VI 23,9;) — ut . . . deducen-

dos . . ad suos curaret, quae cuique ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat: VII 28, 6; — idoneos homines deligebat, quorum quisque aut oratione subdola aut amicitia facillime capere posset ⟨capi posset β; posset *BM*⟩: VII 31, 2; — accidit, . . . ut uulgo milites ab signis discederent quaeque ⟨que *om. AQ; Np.*⟩ quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere properaret: V 33, 6; quod fere fit, quibus quisque ⟨quibuscumque *Paul*⟩ in locis miles inueterauerit, ut multum earum regionum consuetudine moueatur: 1, 44, 3; liberam nacti milites conloquiorum facultatem uulgo procedunt, et quem quisque in castris notum aut municipem habebat conquirit atque euocat: 1, 74, 1; edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producat ⟨*Nz*; producatur *O; Np., Dt.*⟩: 1, 76, 4; — idem hoc fit a principibus Hispaniae. . . . hi ⟨*e*⟩ suos notos hospitesque quaerebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Caesarem: 1, 74, 5; — (uirgines: V 14, 5 *u.* ββ).)

ββ) **quo:** qui ⟨*e*⟩ sunt ex iis ⟨*e*⟩ nati, eorum habentur liberi, quo primum uirgo quaeque deducta est ⟨*sic* α; quibus primo uirgines quaeque ductae sunt β⟩: V 14, 5; V 34, 2 *u.* γγ).

γγ) **quotiens:** et quotiens ⟨quo *Paul*⟩ quaeque cohors procurrerat ⟨procurreret β⟩, ab ea parte magnus numerus hostium cadebat: V 34, 2.

δδ) **ut:** (equites) omnes in bello uersantur, atque eorum ut quisque est ⟨*om. Aim.*⟩ genere copiisque ⟨*e*⟩ amplissimus, ita plurimos circum ⟨*e*⟩ se ambactos clientesque habet ⟨habent β⟩: VI 15, 2; — inde, ut loci cuiusque natura ferebat, . . . circumuallare Pompeium instituit: 3, 43, 2; — (nostri . . . (nullum) frustra telum . . . mittere et ⟨β; ut α; *edd.*⟩ quaecumque ⟨β; quaeque α; *edd.*⟩ pars castrorum nudata defensoribus premi uidebatur, eo occurrere et auxilium ferre: III 4, 2.)

b) interrogat.; α) **quisque ui subst.; antecedit** αα) **pron. interrogat.:** neque quo signa ferantur neque quam in partem quisque conueniat ⟨contendat?⟩ prouident: VI 37, 6; — commonefacit, quae ipso praesente in concilio *[Gallorum] de Dumnorige sint dicta, et ostendit, quae separatim quisque de eo apud se dixerit: I 19, 4; ¶ eodem . . . quas . . . naues longas habebat mittit et quid a quoque fieri uelit ⟨uellet a^1f⟩ praecipit ⟨-cepit *af*⟩: 3, 62, 3; ¶ tanta erat . . . expectatio, ut alius in aliam partem mente . . . traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque euentus exciperent: 1, 21, 6; ¶ neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio interiectis sagittariis quid in quoque ⟨quoquo M^2⟩ esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨*e*⟩: VII 36, 4.

ββ) **quantus:** quod . . . quantam quisque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus sit ⟨esset β⟩ cognouerint ⟨*e*⟩: II 4, 4.

β) **substantiuum aut additur aut intellegendum est; antecedit** αα) **pron. interrog.:** cum ⟨*e*⟩ . . . minus ⟨*e*⟩ facile ⟨*e*⟩ omnia per se obire et quid quoque loco faciendum esset prouidere ⟨*e*⟩ possent: V 33, 3; — neque certa subsidia conlocari neque quid in quaque parte opus esset prouideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; Caesar idoneum locum nactus quid quaque ⟨a^1ef; qua *ah*⟩ in ⟨β; *Fr.*; ex α; *plur. edd.*⟩ parte geratur cognoscit: VII 85, 1; — uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant et quid ⟨*Aimoin.*; quod *X; Schn., Frig., Db., Hold.*⟩ quisque eorum de quaque ⟨quacumque *Aimoin.*; qualibet *N*⟩ re audierit aut cognouerit quaerant, et: IV 5, 2.

ββ) **quantus:** armorum ⟨*CC*⟩ quantum quaeque ciuitas domi quodque ante tempus efficiat constituit: VII 4, 8; — per eos (arbitros) fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuisset: 3, 1, 2.

c) reflexiuum; α) **quisque ui substantiui; antecedit** αα) **pronom. refl.:** magnis enim iacturis sibi quisque eorum (militum) animos conciliabat: 3, 112, 10; — itaque perterritis omnibus sibi quisque consulebat: 2, 43, 3; — exercitui . . . incessit . . . tantum . . studium infamiae sarciendae, ut nemo . . . centurionis ⟨*e*⟩ imperium desideraret et sibi quisque etiam poenae loco grauiores imponeret labores simulque omnes arderent cupiditate pugnandi: 3, 74, 2; — (egressi) nullo certo ordine neque imperio, cum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum peruenire properaret, fecerunt, ut: II 11, 1; — probat rem senatus de mittendis legatis; sed qui mitterentur non reperiebantur, maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat: 1, 33, 1; ¶ dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere iussit: VI 31, 2; trium mensium ⟨*e*⟩ molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent: I 5, 3.

ββ) **pron. possess.:** consilium capit omnem . . . equitatum noctu dimittere ⟨*e*⟩. discedentibus mandat, ut suam quisque eorum ciuitatem

nium uagati ad Rhenum peruenerunt (Vsipetes et Tencteri). quas regiones Menapii incolebant et ⟨*e*⟩ ad utramque ripam fluminis agros, aedificia uicosque habebant; sed tantae multitudinis aditu ⟨*e*⟩ perterriti ex iis ⟨*e*⟩ aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigrauerunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germanos transire prohibebant: IV 4, 2. 3; (*cf.* § 4;) qui (Menapii) de Germanorum discessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in suos uicos remigrauerant ⟨*e*⟩: IV 4, 6; prius quam ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum erat ⟨*e*⟩, certior fieret: IV 4, 7; inuitatosque eos (Vsipetes et Tencteros), uti ab Rheno discederent: IV 6, 3; Mosa . . . parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam[que] efficit Batauorum [in Oceanum influit] neque longius ab *eo ⟨oceano *X*⟩ milibus passuum LXXX in Oceanum ⟨*Aldus;* rhenum *X; edd.*⟩ influit: IV 10, 2; Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum ⟨*e*⟩, Tribocorum ⟨*e*⟩, Treuerorum citatus fertur, et ubi Oceano adpropinquat ⟨*e*⟩, in plures diffluit ⟨*e*⟩ partes multis ingentibusque insulis effectis . . . multisque capitibus in Oceanum influit: IV 10, 3—5; cum omnibus suis domo excesserant Rhenumque transierant (Vsipetes et Tencteri): IV 14, 5; (Germani . . . cum ad confluentem Mosae ⟨et Rheni *add. X; edd.; del. Bergk*⟩ peruenissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitauerunt atque ibi timore, lassitudine, ui fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2;) Germanico bello confecto multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum: IV 16, 1; cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire: IV 16, 1; illa pars equitatus Vsipetum et Tencterorum . . . post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; populi Romani imperium Rhenum finire; si se inuito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet? IV 16, 4; si id facere occupationibus rei publicae ⟨*e*⟩ prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: IV 16, 6; Caesar his de causis, quas commemoraui, Rhenum transire decreuerat; sed nauibus transire ⟨*e*⟩ neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat: IV 17, 1; *cf. qu. sqq.;* diebus omnino XVIII ⟨*e*⟩ trans Rhenum consumptis . . . se in Galliam recepit: IV 19, 4; haec (Treuerorum) ciuitas longe plurimum totius Galliae equitatu ualet . . . Rhenumque, ut supra demonstrauimus, tangit: V 3, 1; quae (silua Arduenna) ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet: V 3, 4; in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam ac ⟨*e*⟩ Rhenum: V 24, 4; magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse: V 27, 8; non hostem auctorem (se), sed rem spectare ⟨*e*⟩: subesse Rhenum . . .: V 29, 3; omnem esse in armis Galliam ⟨*o*⟩; Germanos Rhenum transisse: V 41, 3; Treueri uero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent: V 55, 1; neque tamen ulli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: V 55, 2; Caesar postquam ex Menapiis in Treueros uenit, duabus de causis Rhenum transire constituit: VI 9, 1; *cf. qu. sqq.;* fuit antea tempus, cum . . Galli . . . propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent: VI 24, 1; per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨*e*⟩ ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios pertinet: VI 29, 4; neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; trans Rhenum ad Germanos peruenit fama diripi Eburones atque ultro omnes ad praedam euocari: VI 35, 4; cogunt equitum duo milia Sugambri, qui sunt proximi Rheno. . . . transeunt ⟨*e*⟩ Rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum infra eum locum, ubi: VI 35, 5. 6; Germani . . . cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt: VI 41, 1; qui (Germani) eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur: VI 42, 3; Caesar . . . trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superioribus annis pacauerat, equitesque ab his arcessit: VII 65, 4.

Rhodanus. (*Cf. Glück p. 148*) *Tribus locis Frigellius (III p. 22) dicit in M esse* rodanus, *in B propter lacunas uno tantum; a et h semper habere* rhodanus. *Dübner (ad p. 2 uers. 4 et 3, 3 et 6, 2 et 261, 4) adfirmat tribus fere locis in B esse* rodanus (*ut* I 2, 3), *item in a* I 10, 5, *item in Q* VII 65, 3; *Schneid.* rodanus *inueniri in f* I 1, 5; 2, 3; 6, 1. 2. 4; 8, 1. 4; 10, 5; 11, 5; 12, 1 *commemorat in libello 1839 edito; Holder testatur* I 2, 3 *in BM esse* rodano, I 33, 4 *in Bpr.*, III 1, 1 *in Apr. et Q* rodanus; *Ramorino teste in l* rodano *scriptum est* I 1, 5 *et* 2, 3; *Nipperd. demi-*

que I 10,5 *et* 12,5 *in a exstare* rodanum *dicit.*

una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna ⟨*c*⟩ flumine, Oceano, finibus Belgarum: I 1,5; (Heluetii continentur ex parte) tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui prouinciam nostram ab Heluetiis diuidit: I 2, 3; erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur . . .; alterum per prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Heluetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati ⟨*c*⟩ erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis uado transitur: I 6,1.2; diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6,4; a lacu Lemanno, qui ⟨qua *Hotom.*⟩ in flumen Rhodanum ⟨rhodano *ah*⟩ influit ⟨qui in fl. Rh. infl. *del. Gitlbauer*⟩, ad montem Iuram . . . murum . . . perducit: I 8, 1; *cf.* § 2; Heluetii . . . nauibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii uadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, . . . si perrumpere possent conati . . . telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8,4; ab Allobrogibus in Segusiauos ⟨*c*⟩ exercitum ducit. hi sunt extra prouinciam trans Rhodanum primi: I 10,5; Allobroges, qui trans Rhodanum uicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt: I 11,5; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate: I 12,1; praesertim cum Sequanos a prouincia nostra Rhodanus diuideret: I 33,4; Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuates ⟨*c*⟩, Veragros Sedunosque misit, qui a ⟨*c*⟩ finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1,1; *cf.* § 6; Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum ⟨*c*⟩ cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65,3; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat, duabus ex partibus aggerem . . . ad oppidum agere instituit. una erat proxima portui ⟨*c*⟩ . . ., altera ad portam ⟨*c*⟩, qua ⟨*c*⟩ est aditus ex Gallia atque Hispania, ad id mare, quod adigitur ⟨*Madu.*; adigit *x*; adiacet *Np.*; *edd.*⟩ ad ostium Rhodani ⟨ad id mare . . . Rhod. *del. Paul*⟩: 2,1,(1.)2.

Rhodius: Coponius, qui Dyrrachii classi Rhodiae praeerat, naues ex portu educit: 3,26, 2; ¶ praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, . . . Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio ⟨*Vrsin.*; pomponio *x*⟩: 3,5,3; tempore commutato tempestas et nostros texit et naues Rhodias adflixit, ita ut ad unam omnes constratae numero XVI eliderentur et naufragio interirent: 3,27,2; Caesar . . . cum legione . . . equitibusque DCCC et nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3,106,1.

Rhodus: idem hoc L. Lentulo . . . et P. Lentulo consulari ac non nullis aliis acciderat Rhodi; qui cum ⟨rhodi quicumque *x*⟩ ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam uenissent, oppido ac portu recepti non erant: 3, 102,7.

ripa. *De singulari* ripa *et plur.* ripae *cf. Kran.-Dittenb. ad* I 37,3 *et Dinter, Quaest. Caesarian. (Pr. Grimma 1876) p. 21.*

A. subl.: ita ut radices montis ⟨*c*⟩ ex utraque parte ripae fluminis contingant: I 38,5.

B. obl.: ut non nequiquam tantae uirtutis homines iudicari deberet ⟨*c*⟩ ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27,5; ¶ partem ultimam pontis, quae ripas Vbiorum contingebat, . . . rescindit: VI 29,2; ¶ ut hostes impetum legionum . . . sustinere non possent ripasque dimitterent ac se fugae mandarent: V 18,5; ¶ impedire *u.* **D. b)**; ¶ reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum ⟨qui ripas rheni β⟩ incolant ⟨incolunt B^2β⟩, sese cum his coniunxisse: II 3,4; ¶ ripa autem erat acutis sudibus praefixisque ⟨*c*⟩ munita: V 18, 3; ¶ tempestas . . . ex omnibus montibus niues proluit ac summas ripas fluminis superauit: 1,48,2.

C. dat.: militesque his ⟨*c*⟩ nauibus flumen transportat continentemque ripae collem improuiso occupat: 1,54,3.

D. abl.; **a) instr.**: quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et: II 5,5.

b) qual.: quod riuus difficilibus ripis subiectus castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3,37,3; ¶ cum uentum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus nouissimos proelio detinebat: 3,75,4; dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3,88, 5; ¶ erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: VI 7,5.

E. c. praep.; **a) ab**: per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨a *hl*; *Aim.*; *om. af*⟩ ripis Rheni finibusque

Treuerorum ad Neruios ⟨*CC*⟩ pertinet: VI 29, 4.

b) ad; α): diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6, 4; ¶ qui (Ariouistus) nauiculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: I 53, 3; ¶ mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis: 3, 19, 2; ¶ hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti coeperunt: I 54, 1.

β): *u.* **ad** *p. 118* ad ripam (*7 loc.*).

c) ex: quod ex totis ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur: 1, 50, 2.

d) in ripis: Caesar Germanos . . . flumen traicit crebrasque in ripis custodias disponit: 1, 83, 5; — horum omnium pars magna in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum in terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨*e*⟩: 3, 71, 2; — (duae legiones) profligatis Veromanduis ⟨*e*⟩ . . . ex loco superiore in ipsis fluminis ripis proeliabantur: II 23, 3.

riuus. A. subi.: quod riuus difficilibus ripis subiectus ⟨obiectus *Paul*⟩ castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3, 88, 5; ¶ pertinere: 3, 49, 4 *u.* **B.** auertere.

B. obi.: omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant ⟨perfluebant *Hell.*⟩, Caesar aut auerterat aut magnis operibus obstruxerat: 3, 49, 4; ¶ (obicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire;) ¶ obstruere: 3, 49, 4 *u.* auertere; ¶ subicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire; ¶ ut exploratis itineribus minore cum ⟨*e*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3.

C. c. praep.: circiter milia passuum quattuor progressus trans uallem ⟨magnam *add.* β⟩ et riuum ⟨rium B^1; *Hold.*⟩ multitudinem hostium conspicatur: V 49, 5.

robur. A. propr.: naues totae (erant) factae ex robore ad quamuis uim et contumeliam perferendam: III 13, 3.

B. trsl.: quod fuit roboris duobus proeliis Dyrrachinis interiit: 3, 87, 5.

Rodanus *u.* **Rhodanus.**

rogatio: itemque praetoribus tribunisque ⟨*e*⟩ plebis rogationes ad populum ferentibus non nullos ambitus . . . damnatos . . . in integrum restituit: 3, 1, 4.

rogo. A. = **interrogare**: ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia consul ⟨*Ciacc.*; consulis *X*; *edd.*⟩ sacramento rogauisset, ad signa conuenire . . . iuberet: VI 1, 2; (ne . . . quis inuitus sacramentum ⟨*-to hl*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4.)

B. = **orare; a) rogare alqm**: Ariouistus . . . respondit . . .: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum ⟨*e*⟩ a Gallis: I 44, 2; eius rei testimonium ⟨*e*⟩ esse, quod nisi rogatus non uenerit: I 44, 6; ¶ Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*e*⟩, . . . rogati tamen a ⟨*e*⟩ Commio pro eius hospitio duo milia miserunt ⟨*e*⟩: VII 75, 5.

b) rogare alqd: Haedui . . . legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: I 11, 2; ¶ Bituriges ad Haeduos . . . legatos mittunt subsidium rogatum: VII 5, 2.

c) rogare, ut; α) additur obiect.: de his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

β) non additur obi.: legatos . . . mittunt . . ., qui dicerent . . .; rogare ⟨rogaret A^3⟩, ut eius uoluntate id sibi facere liceat: I 7, 3; Q. Titurius . . . interpretem suum Cn. Pompeium ad eum mittit rogatum, ut sibi militibusque parcat: V 36, 1.

d) sequ. coniunctiuus: consolatus (Diuiciacum Caesar) rogat, finem ⟨*o*⟩ orandi faciat: I 20, 5.

Roma: ob eam rem se ex ciuitate profugisse et Romam ad senatum uenisse auxilium postulatum: I 31, 9; qua necessitate adductus Diuiciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta ⟨β; *Np.*; inperfecta α; *plur. edd.*⟩ re redierat: VI 12, 5; his ⟨*e*⟩ rebus ⟨*e*⟩ *ex* litteris ⟨*e*⟩ *Caesaris* cognitis Romae dierum uiginti supplicatio reddĭtur: VII 90, 8; quibus rebus Romam ⟨romae *f*⟩ nuntiatis tantus repente terror inuasit, ut: 1, 14, 1; Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat eodem se habiturum loco qui Romae remansissent et qui in castris Caesaris fuissent: 1, 33, 2; haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant: 1, 53, 3; condiciones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab senatu et a populo peti debere: 3, 10, 8; sententiasque de singulis ferrent, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent: 3, 83, 3; haec uti fierent per omnes deos perque foedera, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3, 108, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius

Romam ⟨romae *z*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur: 3, 108, 4; a quo missi Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romae fuerant . . ., ad Achillam peruenerunt: 3, 109, 4. *Cf.* **urbs.**

Romanus. *Qua ratione scripta sint uerba* populus Romanus *expositum est p. 1112 uolum. II.; uerba* ciues Romanos 2, 18, 4 *scripta esse* ciui(s) rom̃. *dicit Db.; idem* 3, 40, 6 *in h inueniri* ciu. R. *commemorat; idem* eq. R. (= equites Romanos) 1, 77, 2 *exstare in ahl aperte dicit; atque etiam* 3, 71, 1 *in z uidetur inueniri* equites R. *Sed saepius adiectiuum* Romanus *nota* R. *uel simili indicatum esse inde licet colligere, quod ex imaginibus codicum accuratissime expressis, quas edidit Aemilius Chatelain, tab. XLVIII apparet* 3, 4, 1 *in a esse* ciuium .R., *quo loco nemo editorum huius notae mentionem facit.*

1. adiect.: Carnutes . . . Cenabum concurrunt ciuesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, . . . interficiunt bonaque eorum diripiunt: VII 3, 1; praestare ⟨*c*⟩ omnes perferre acerbitates quam non ciuibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallorum interissent, parentarent: VII 17, 7; ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia una erant; magnum ⟨*c*⟩ numerum frumenti commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit ⟨intercipit β⟩: VII 38, 9; bona ciuium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in seruitutem abstrahunt: VII 42, 3; (Cato) in Lucanis Bruttiisque per legatos suos ciuium Romanorum dilectus habebat: 1, 30, 4; quibus rebus perterritos ⟨*c*⟩ ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS ⟨*c*⟩ CLXXX et argenti pondo ⟨*c*⟩ XX milia, tritici modium ⟨*c*⟩ CXX milia polliceri coegit: 2, 18, 4; quo edicto . . . peruulgato nulla fuit ciuitas, quin . . . mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret: 2, 19, 2; quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet: 2, 20, 5; omnibus generatim gratias agit: ciuibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere: 2, 21, 1; pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit ⟨*c*⟩: 2, 21, 2; legiones effecerat ciuium Romanorum VIIII: 3, 4, 1; celeriter ciues Romani ligneis effectis turribus his sese munierunt et . . .: 3, 9, 3; *cf.* § 3—8; satis esse magna utrimque incommoda accepta . . .: illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia . . . et cohortibus . . . ciuium Romanorum centum atque XXX: 3, 10, 5; quo facto conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis ⟨is *ah; his fl*⟩ antea Caesar attribuerat muniendumque curauerat, Antonium recepit ⟨*c*⟩ omnibusque rebus iuuit: 3, 29, 1; neque minus ob eam causam ciuibus Romanis eius prouinciae, sed in singulos conuentus singulasque ciuitates certae pecuniae imperabantur: 3, 32, 6; Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus ⟨eum *a*⟩ Romanis, qui eius conuentus erant, militibusque . . . re infecta inde discessit: 3, 40, 6; erat edictum Pompei nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi causa conuenirent: 3, 102, 2; cognoscit consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum, qui illic negotiarentur, arcem ⟨*c*⟩ captam esse excludendi sui causa: 3, 102, 6; ¶ eques Romanus, equites Romani *u.* **eques 2. A.** *p. 1037 sq. (13 loc.);* ¶ tantum esse nomen ⟨apud eos *add.* β⟩ atque opinionem eius exercitus ⟨exercitus Romani β⟩ Ariouisto pulso, . . . uti: IV 16, 7; si continere ⟨*c*⟩ ad signa manipulos uellet ⟨*c*⟩, ut instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat: VI 34, 6; ¶ haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20, 8; ¶ populus Romanus *u.* **populus A. a)** *p. 1112—1117 (90 (92) loc.);* ¶ (Gallis autem prouinciarum ⟨prouinciae rom. *Elberl.; om. Ald.*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨*c*⟩ largitur: VI 24, 5.)

2. substant.; A. singulari numero: praeconibusque circummissis pronuntiari iubent, seu quis Gallus seu ⟨quis *add.* β⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore potestatem: V 51, 3.

B. plurali numero; a) = nomen Romanum, populus Romanus: (praestare,) si iam principatum Galliae (Haedui) obtinere non possint ⟨*c*⟩, Gallorum quam Romanorum imperia perferre ⟨*c*⟩, neque dubitare [debeant], quin, si Heluetios superauerint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi: I 17, 3. 4; (Dumnorigem) fauere et cupere Heluetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum aduentu potentia eius deminuta et Diuiciacus frater in antiquum locum gratiae . . . sit restitutus: I 18, 8; *cf.* **b)** I 18, 9; (quam rem et paucis contigisse et ⟨a Romanis *add.* (B^3)β⟩ pro magnis ⟨*c*⟩ hominum officiis consuesse tribui docebat: I 43, 4;) non se . . . tam imperi-

tum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos . . . auxilio populi Romani usos esse: I 44, 9; elatum est, qua adrogantia . . . Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset: I 46, 4; II 10, 4 *et* III 2, 5 *u.* **b)**; reliquasque ciuitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨*c*⟩: III 8, 4; si suam gratiam Romani uelint, posse iis utiles esse amicos; uel sibi agros attribuant uel patiantur eos tenere, quos armis possederint: IV 7, 4; V 38, 2; 56, 1; VI 10, 4 *u.* **b)**; huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit: VI 35, 8; cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5; ab hoc concilio Remi, Lingones, Treueri afuerunt ⟨*c*⟩: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur; Treueri, quod . . .: VII 63, 7; 66, 4 *u.* **b)**; ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*c*⟩, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos ⟨*c*⟩ dicerent ⟨*c*⟩: VII 75, 5; Cimbri . . . agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero quid petunt ⟨adpetunt *Paul*⟩ aliud aut quid uolunt nisi inuidia adducti quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? neque enim umquam ⟨*c*⟩ alia condicione bella gesserunt: VII 77, 15; (duae sunt Albae, alia ista quam nouimus in † Aricia, et alia hic in † Italia. uolentes Romani discretionem facere istos Albanos dixerunt, illos Albenses: *ap. Pomp. comm. art. Don. (Keil V p. 144); cf. Np. p. 753. sq. adnot.*)

b) = **exercitus Romanus**: si quid accidat Romanis, summam in spem per Heluetios regni obtinendi uenire (Dumnorigem): I 18, 9; Heluetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, siue eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, . . . nostros . . . lacessere coeperunt: I 23, 3; Romani conuersa signa bipertito intulerunt: I 25, 7; 44, 9 *et* 46, 4 *u.* **a)**; mulieres . . . implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent: I 51, 3; quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent: II 10, 4; magnitudine operum . . . et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt: II 12, 5; pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt: II 13, 3; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum ⟨romanorum ibi *a*⟩ exspectare: II 16, 2; Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos ciuitati renuntiauerunt: II 24, 5; non (se) existimare Romanos siue ope diuina ⟨deorum β⟩ bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere ⟨et ex propinquitate pugnare *add. B²*β⟩ possent: II 31, 2; accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant et Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari et ea loca finitimae ⟨finitima *Vossius*⟩ prouinciae adiungere sibi persuasum habebant: III 2, 5; se plurimum nauibus posse, [quam] Romanos neque ullam facultatem habere nauium neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, uada, portus, insulas nouisse ⟨*c*⟩: III 9, 6; qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Romanorum proponit: III 18, 3; sarmentis uirgultisque collectis, quibus fossas Romanorum ⟨*del. Nitsche*⟩ compleant, ad castra pergunt: III 18, 8; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque ⟨armandosque *om.* β⟩ Romanis daretur: III 19, 1; si propter inopiam rei frumentariae Romani sese ⟨*c*⟩ recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore ⟨*c*⟩ animo] adoriri cogitabant: III 24, 3; hoc consilio probato ab ⟨*c*⟩ ducibus productis Romanorum copiis sese castris tenebant: III 24, 4; IV 7, 4 *u.* **a)**; hic Romanorum aduentum exspectare . . . constituisse (Suebos): IV 19, 3; at barbari consilio Romanorum cognito praemisso equitatu et essedariis . . . nostros nauibus egredi prohibebant: IV 24, 1; cum (principes Britanniae) equites ⟨*c*⟩ et naues et frumentum Romanis deesse intellegerent: IV 30, 1; quanta praedae faciendae atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstrauerunt: IV 34, 5; hostes . . . conlocatis insidiis bipertito in siluis oportuno atque occulto loco a milibus passuum circiter duobus ⟨*c*⟩ Romanorum aduentum exspectabant: V 32, 1; illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨*c*⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34, 1; Ambiorix pronuntiari iubet, ut . . . quam ⟨*o*⟩ in partem Romani impetum fecerint cedant: V 34, 3; hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos pro iis ⟨*c*⟩ quas acceperint ⟨*c*⟩ iniuriis occasionem dimittant: V 38, 2; intellexit . . . Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare: V 56, 1; prius quam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur: VI 4, 1; lon-

gum esse perterritis Romanis Germanorum auxilium exspectare: VI 8, 1; Suebos omnes, postea quam certiores nuntii de exercitu Romanorum uenerint, . . . se recepisse: VI 10, 4; ad eius initium ⟨o⟩ siluae Suebos aduentum Romanorum exspectare constituisse: VI 10, 5; Germani . . . ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium ⟨o⟩ obtulerant ⟨c⟩: VI 42, 3; omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨c⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨c⟩: VII 14, 2; Romanos aut inopiam non laturos aut magno cum ⟨c⟩ periculo longius a ⟨c⟩ castris processuros; neque interesse ipsosne interficiant impedimentisne exuant: VII 14, 7. 8; oppida incendi oportere, . . . ne ⟨c⟩ suis sint . . . receptacula neu Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam ⟨CC⟩: VII 14, 9; ut, si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore: VII 19, 2; Vercingetorix, . . . proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos mouisset, quod . . . eius discessu Romani tanta oportunitate et celeritate uenissent, . . . respondit: VII 20, 1; quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate: VII 20, 3; Romani si casu interuenerint ⟨o⟩, fortunae, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam, quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et uirtutem despicere potuerint, qui dimicare non ausi turpiter se in castra receperint: VII 20, 6; quod . . . palus, quae perpetua ⟨o⟩ intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat: VII 26, 2; matres familiae . . . conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt: VII 26, 4; quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum uiae praeoccuparentur, consilio destiterunt: VII 26, 5; non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis: VII 29, 2; dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias traducerent: VII 35, 1; qua (Haeduorum ciuitate) traducta locum consistendi Romanis in Gallia non fore: VII 37, 3; principes ciuitatis, Eporedorix et Viridomarus, insimulati proditionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt: VII 38, 2; an dubitamus, quin nefario facinore admisso Romani iam ad nos interficiendos concurrant? VII 38, 8; uehementer ⟨o⟩ huic illos ⟨c⟩ loco timere nec iam aliter sentire, uno colle ab ⟨c⟩ Romanis occupato si alterum amisissent, quin ⟨c⟩ paene circumuallati . . . uiderentur: VII 44, 4; matres familiae . . . passis manibus obtestabantur Romanos ⟨rom. obt. β⟩, ut sibi parcerent, neu, sicut Auarici fecissent, ne a ⟨c⟩ mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: VII 47, 5; nuntiis incitati oppidum a Romanis teneri ⟨oppid. . . . teneri *del. Pluyg.*⟩ praemissis equitibus . . . eo contenderunt: VII 48, 1; quae (matres familiae) paulo ante Romanis de ⟨c⟩ muro ⟨c⟩ manus tendebant: VII 48, 3; erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio; simul et cursu et spatio pugnae defatigati ⟨c⟩ non facile recentes atque integros sustinebant: VII 48, 4; oppidum, quod a ⟨c⟩ se teneri non posse iudicabant, ne cui ⟨c⟩ esset usui Romanis, incenderunt: VII 55, 7; equitatum omnibus locis . . . ostentare coeperunt, si ab ⟨c⟩ re frumentaria Romanos excludere aut adductos inopia in ⟨c⟩ prouinciam ⟨c⟩ expellere ⟨c⟩ possent ⟨CC⟩: VII 55, 9; uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et: VII 61, 3; (*cf.* § 4;) quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere: VII 64, 2; circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; (demonstrat) fugere in prouinciam Romanos Galliaque excedere. id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: maioribus enim coactis copiis reuersuros neque finem bellandi facturos. proinde **in* agmine impeditos adoriantur ⟨c⟩. si † pedites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter facere ⟨c⟩ non posse; si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariarum et dignitate spoliatum iri: VII 66, 3—5; eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI ⟨c⟩ milia ⟨c⟩ passuum tenebat: VII 69, 6; Vercingetorix, prius quam munitiones ab ⟨c⟩ Romanis perficiantur, consilium capit omnem . . . equitatum noctu dimittere ⟨c⟩: VII 71, 1; quid ergo? Romanos ⟨β; romanorum animos α⟩ in illis ulterioribus munitionibus animine ⟨β; sine α⟩ causa cotidie exerceri putatis? si ⟨c⟩ illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepto, his utimini testibus adpropinquare eorum aduentum; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere uersantur: VII-77, 10. 11; (Mandubii) cum ad munitiones Romanorum ⟨*om.* β⟩ accessissent, . . . orabant ⟨c⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit: VII 84, 3; Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; agger ab uniuersis in munitionem ⟨c⟩ coniectus et ascensum dat Gallis et ea,

quae in terra occultauerant Romani, contegit: VII 85, 6; ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2.

ros: accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus ex pellibus, quibus erant tectae naues, nocturnum excipere rorem cogerentur: 3, 15, 4.

L. Roscius: ex quibus (legionibus) unam . . . ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esuuios L. Roscio: V 24, 2; harum . . omnium legionum hiberna praeter eam, quam L. Roscio ⟨ruscio *ABMh*⟩ in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum centum continebantur: V 24, 7; ab L. Roscio ⟨legato *add.* β; quaestore *add.* α; *Schn.; del. Oud.*⟩, quem legioni tertiae decimae praefecerat, certior factus est magnas Gallorum copias . . . oppugnandi sui causa conuenisse: V 53, 6; pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Caesarem, item L. Roscius praetor, qui de his rebus eum doceant; sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant: 1, 3, 6; eadem fere atque isdem uerbis ⟨*Clark.;* rebus *codd.;* de rebus *Ald.*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare sibique Pompeium commemorasse demonstrat: 1, 8, 4; *cf.* 9, 1; acceptis mandatis Roscius cum ⟨*fhl;* a *a; edd.*⟩ Caesare Capuam peruenit ibique consules Pompeiumque inuenit; postulata Caesaris renuntiat. illi deliberata *re* respondent scriptaque ad eum mandata per eos*dem* remittunt ⟨*e*⟩: 1, 10, 1. 2.

(**rostratus:** Cassius . . . omnes naues incendit XXXV, e quibus erant XX constratae ⟨ros̃t constratae *ah;* rostratae *NOl*⟩: 3, 101, 2.)

rostrum. **A. sing.** = ὁ *(νεὼς)* ἔμβολος: illae (triremes) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero praefracto ⟨*Nhl;* praefecto *a;* praesecto *f;* praerupto O^1⟩ rostro tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ neque enim iis ⟨*e*⟩ nostrae (naues) rostro nocere poterant — tanta in iis ⟨*e*⟩ erat firmitudo — neque: III 13, 8; rostro enim noceri non posse cognouerant: III 14, 4.

B. plur. = τὸ βῆμα: hoc decreto eum (Caelium) consul senatu prohibuit et contionari conantem de rostris deduxit: 3, 21, 3.

rota: ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant: IV 33, 1; ¶ (pro uallo carros obiecerant . . . et non nulli inter carros raedasque ⟨*Meiser;* rotasque *X; edd.*⟩ mataras ac tragulas subiciebant nostrosque uulnerabant: I 26, 3.)

Roucillus. 3, 59, 1 *scriptum est* roucillus *in Nhl,* raucillus *in af;* 3, 79, 6 roucilli *est in N,* rogilli *in f,* rouici *in Oahl. Editores recc. receperunt* Raucillus, *sed Guil. Paul* Roucillus. *Cf. Schn. ad* I 19, 3.

erant apud Caesarem ⟨in *add. f; Dt.;* ex *hl; om. a*⟩ equitum numero Allobroges II fratres, Roucillus et Egus, Adbucilli filii, qui principatum in ciuitate ⟨*e*⟩ multis annis obtinuerat, singulari uirtute homines, quorum opera Caesar omnibus Gallicis ⟨*e*⟩ bellis optima fortissimaque erat usus. his . . .: 3, 59, 1(—61, 3 *et* 63, 5;) sed Allobroges, Roucilli atque Egi ⟨*e*⟩ familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, . . . cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; *cf.* 84, 5.

L. Rubrius: Caesar . . . omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet. erant quinque ordinis senatorii, ⟨*Dauis.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *x;* quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius: 1, 23, (1.) 2.

rubus: quod Neruii antiquitus . . . teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*e*⟩ crebrisque ⟨*e*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*e*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae saepes munimentum ⟨*e*⟩ praeberent: II 17, 4.

Rufus *u.* **Acutius, Caecilius, Coelius** (*rectius* Caelius), **(Itfiuius,) Marcius, Minucius, Sulpicius, Vibullius.**

ruina: compluribus ⟨*e*⟩ iam lapidibus ex illa quae suberat turri subductis repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4.

rumor. **A. subi.:** haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. multa rumor adfingebat ⟨*Steph.; Db., Dt.;* multarum rumore orat fingebant *a;* multa rumore fingebant *f;* multa rumor fingebat *Ohl;* multa rumore adfingebantur *Np.*⟩, ut paene bellum confectum uideretur. quibus litteris nuntiisque . . .: 1, 53, 2.

B. obi.: crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas . . . contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare: II 1, 1; iam Caesar a ⟨*e*⟩ Gergouia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione et ⟨*e*⟩ secundo Galliae motu rumores adferebantur Gallique . . . confirmabant: VII 59, 1; ¶ expedita re frumentaria, exstinctis rumoribus de auxi-

liis legionum, quae cum Pompeio per Mauretaniam uenire dicebantur, multae longinquiores ciuitates . . . Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5.

C. dat.: cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3.

D. abl.: si quis ⟨*om.* β⟩ quid de re publica a finitimis rumore ac ⟨β; *Fr.;* aut α; *rell. edd.*⟩ fama acceperit ⟨acceperint β⟩: VI 20, 1; ¶ addunt ipsi et adfingunt rumoribus ⟨rumores *Ciacc.*⟩ Galli quod res poscere uidebatur: retineri urbano motu Caesarem neque in tantis dissensionibus ad exercitum uenire posse: VII 1, 2; (1, 53, 2 *u.* A.;) ¶ impelli: VI 20, 2 *u.* terreri; ¶ est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant et quid ⟨*c*⟩ quisque . . . audierit . . . quaerant et mercatores . . . uulgus circumsistat quibusque ex regionibus ueniant quasque ibi res cognouerint pronuntiare cogat ⟨*c*⟩. his rumoribus ⟨β; rebus α; *edd.*⟩ atque auditionibus permoti de summis saepe ⟨*o*⟩ rebus consilia ineunt: IV 5, 3; Metropolitae . . . isdem permoti rumoribus portas clauserunt: 3, 81, 1; ¶ quod saepe homines temerarios atque imperitos ⟨*c*⟩ falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est: VI 20, 2.

(rumpo: subito meridiano tempore . . . portis se foras † rumpunt ⟨erumpunt *recc.; Np., Db.;* [se] foras erumpunt *Apitz; Dt.;* se proripiunt *coniec. Dt.*⟩: 2, 14, 1.**)**

(ruo: omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena ⟨*c*⟩, adeo ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.;* signa uisi sequi eodem rursum conferti ruerent *Paul; u. CC*⟩, alii [ex] metu etiam signa dimitterent: 3, 69, 4.**)**

rupes: quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque ⟨*Jurin.;* despectusque *X; plur. edd.*⟩ haberet: II 29, 3; ¶ (Caesar) ex magnis rupibus nactus planitiem in hac ⟨*c*⟩ contra hostem aciem instruit: 1, 70, 3.

(ruptim: his de causis aguntur omnia raptim ⟨*Ald.;* ruptim *z*⟩ atque turbate: 1, 5, 1.**)**

rursus. I. Forma: *Vno loco* (3, 58, 2) *in z inuenitur* rursum, *reliquis omnibus in X uel z scriptum est* rursus (*sed* russus VI 33, 5 *exstat in A,* VI 3, 3 *in A*¹; VII 43, 5 rursum *est in bf*). *Itaque et archetypi librarium* 3, 58, 2 *insequentis uocis* (eum) *terminatione in errorem esse inductum et quod G. Paul* 3, 69, 4 *coniecit* rursum *improbandum esse ueri simile est.*

II. Signif.; A. = denuo: Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium ⟨*o*⟩ belli capere possint ⟨*c*⟩: VI 33, 5; ¶ persequendum sibi Pompeium existimauit, . . . ne rursus copias comparare ⟨-araret *a*⟩ alias et bellum renouare posset: 3, 102, 1; ¶ Caesar . . . exercitum reficit ⟨*c*⟩, ne defessum proelio obiciat; rursus conantes progredi insequitur: 1, 65, 2; ¶ ad Nasidium perueniunt ibique naues expediunt rursusque se ad confligendum animo confirmant et consilia communicant: 2, 4, 5; ¶ eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant: 2, 3, 3; ¶ relinquebatur, ut . . . eo (equitatu) submoto repente . . . sese in ualles uniuersi demitterent ⟨*c*⟩ atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent: 1, 79, 4; ¶ consilia inibat, quem ad modum a ⟨*c*⟩ Gergouia discederet ac rursus omnem exercitum contraheret ⟨-here *AQB*⟩: VII 43, 5; ¶ cernebatur . . . uniuersarum cohortium impetu ⟨*c*⟩ nostros propelli, dein rursus conuersos ⟨*b;* conuerso *z*⟩ insequi: 1, 64, 2; ¶ ibi se rursus isdem oportunitatibus ⟨*o*⟩ loci defendebant: III 12, 4; ¶ ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant exque ea contignatione rursus summam ⟨*c*⟩ contabulationem storiasque eleuabant: 2, 9, 7; ¶ ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum eleuarant ⟨*c*⟩, . . . parietes lateribus exstruebant rursusque alia pressione ⟨*c*⟩ ad aedificandum sibi locum expediebant: 2, 9, 6; ¶ cum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨*c*⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5; itaque rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere et ⟨*c*⟩ suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2; ¶ ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2; ¶ insequi: 1, 64, 2 *u.* conuertere; ¶ id conspicati Heluetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt: I 25, 6; ¶ quod rursus minuente aestu naues in uadis adflictarentur: III 12, 1; ¶ quibus profligatis rursus oppidani perterriti comprehensos eos . . . ad Caesarem perduxerunt ⟨*c*⟩ seseque ei dediderunt: VII 13, 2; ¶ aduersis hostibus occurrebant ac rursus aliam

in partem fugam petebant: II 24, 1; ¶ premere: 1, 45, 3 *u.* **B.**; ¶ Caesar rursus ad uexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis ciuitatibus in omnes partes dimittit: VI 43, 1; ¶ progredi: 1, 65, 2 *u.* conari; ¶ Ambiorix pronuntiari iubet, ut ... quam in partem Romani impetum fecerint cedant, ... rursus se ad signa recipientes insequantur: V 34, 4; 1, 45, 1 *u.* uertere; Numidae ... impetum nostrorum effugiebant rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant: 2, 41, 6; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursus ⟨-sum *x*⟩ eum nauibus ad se intra munitiones recipit ⟨recepit *h*⟩: 3, 58, 2; ¶ eo celeriter confecto negotio rursus in hiberna legiones reduxit: VI 3, 3; hac re cognita Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit ⟨reduxit β⟩: VII 9, 6; ¶ paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pila miserunt: 3, 93, 1; ¶ milites ... Atrebates ... in flumen compulerunt. ... ipsi ... in locum iniquum progressi rursus ⟨regressos ac *add.* B^2β⟩ resistentes hostes redintegrato proelio in fugam coniecerunt ⟨*c*⟩: II 23, 2; hostes ... nostros perturbauerunt, rursus iis ⟨*c*⟩ resistentibus consuetudine ⟨*o*⟩ sua ad pedes desiluerunt: IV 12, 2; ¶ tridui uiam progressi rursus reuerterunt: IV 4, 4; ¶ (ruere: 3, 69, 4 *u.* **ruo**;) ¶ tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut: V 8, 3; ¶ hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit rursusque terga uertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit: 1, 45, 1.

B. = **contra, uicissim:** centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ... educunt. reliqui, qui domi manserunt ⟨*c*⟩, se atque illos alunt; hi rursus in uicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: IV 1, 5; cum quaepiam ⟨*c*⟩ cohors ... impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant. ... rursus, ⟨et *add.* β⟩ cum in eum locum, unde erant egressi ⟨*c*⟩, reuerti coeperant, ... circumueniebantur: V 35, 3; impeditumque ⟨*o*⟩ (Pulionem) hostes circumsistunt. succurrit inimicus illi Vorenus ...; dum cupidius instat, ... concidit. huic rursus circumuento fert ⟨*o*⟩ subsidium Pulio: V 44, (8—)13; tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus murum ascendit, hos ⟨*c*⟩ ipse rursus singulos exceptans in murum extulit: VII 47, 7; intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit, quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat. hanc rursus XIII. legionis cohortes exceperunt: VII 51, 2; non numquam opera nostra Galli temptare atque eruptionem ... summa ui facere conabantur. qua re ad haec rursus opera addendum Caesar putauit, quo minore numero militum munitiones defendi ⟨*o*⟩ possent: VII 73, 2; utrimque clamore sublato excipit rursus ex uallo ⟨*c*⟩ atque omnibus munitionibus clamor: VII 88, 2; hinc se recipere cum uellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant: 1, 45, 3; primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae ⟨et r. a. *om. af*⟩ totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1, 83, 2; super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere *possit. coria autem, ne rursus ⟨coria rursus, ne?⟩ igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur: 2, 10, 6.

[**Falso:** Vibullius sedato tumultu ..., ubi primum e re uisum est ⟨e re uisumst *Elberl.*; rursus *x*⟩, adhibito ⟨que *add. af*⟩ Libone ⟨*c*⟩ ... agere instituit: 3, 18, 3.]

Ruteni: bello superatos esse Aruernos et Rutenos ⟨rutones *A*⟩ ab Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignouisset neque in prouinciam redegisset neque stipendium imposuisset: I 45, 2; Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit (Vercingetorix): VII 5, 1; interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat: VII 7, 1; item ⟨in *add.* β⟩ Rutenos ⟨rotenos *a*; rotanos *AQ*⟩ Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit (Vercingetorix): VII 64, 6; imperant ... Sequanis, Senonibus, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia ⟨XII β⟩: VII 75, 3; T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit: VII 90, 6; uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis: 1, 51, 1; — praesidia in Rutenis prouincialibus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem, quae loca hostibus erant finitima, constituit (Caesar): VII 7, 4.

Rutilius Lupus *u.* **Lupus.**

(Rutilius) Rutilus *u.* **Sempronius.**

S

(S. u. Sex.)
s. = salutem.

Sabinus u. Caluisius, (Fabius 2.,) Titurius.

Sabis: cum per eorum (Neruiorum) fines triduum ⟨*c*⟩ iter fecisset, inueniebat ex captiuis ⟨*c*⟩ Sabim ⟨sabin *h;* sabini *af*⟩ flumen a ⟨*c*⟩ castris suis non amplius milia passuum X abesse; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum exspectare una cum Atrebatibus ⟨*c*⟩ et Veromanduis, finitimis suis: II 16, 1. 2; collis ab summo aequaliter decliuis ad flumen Sabim, quod supra nominauimus, uergebat. ab eo flumine pari adcliuitate ⟨*c*⟩ collis nascebatur aduersus huic et contrarius. . . . in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum uidebantur. fluminis erat altitudo ⟨latitudo *Ciacc.*⟩ pedum circiter ⟨*o*⟩ trium ⟨CCC *Ciacc.*⟩: II 18, 1—3; *cf.* 19, 4. 7; 23, 1. 2. 3; 24, 2; 27, 5; ipse cum reliquis tribus ⟨*c*⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨Sabim *Steph., v. Göl., Thomann*⟩, quod influit in Mosam ⟨Calbem, quod influit in Mosellam *Bergk*⟩, extremasque Arduennae partes ire constituit: VI 33, 3.

Saburra: audit Iubam . . . restitisse in regno, Saburram, eius praefectum, cum mediocribus copiis missum Vticae adpropinquare: 2, 38, 1; (Curio) equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen Bagradam; quibus praeerat Saburra, de quo ante erat auditum; sed rex omnibus ⟨*c*⟩ copiis insequebatur et sex milium passuum ⟨*c*⟩ interuallo a Saburra consederat: 2, 38, 3; e captiuis quaerit, quis castris ad Bagradam praesit: respondent Saburram: 2, 39, 2; Iuba certior factus a Saburra de nocturno proelio II milia Hispanorum et Gallorum equitum . . . et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit ⟨*c*⟩: 2, 40, 1; suspicatus praemissis equitibus ipsum adfore ⟨*c*⟩ Curionem Saburra copias equitum peditumque instruit atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant; sese, cum opus esset, signum proelii daturum et quod rem postulare cognouisset imperaturum: 2, 40, 3; dat suis signum ⟨dat. s. s. *del. Paul*⟩ Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit ⟨*c*⟩: 2, 41, 2; hos quoque (colles) praeoccupat missus a Saburra equitatus: 2, 42, 1.

sacer: siremps lex esto quasi sacram uiolauerit: *ap. Charis. art. gramm. I p. 143 sq. Keil.*

sacerdos: Conuictolitauem, qui per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratibus esset creatus, potestatem obtinere iussit: VII 33, 4; — Pergamique in occultis ac reconditis templi ⟨*c*⟩, quo praeter sacerdotes adire fas non ⟨nulli *Paul*⟩ est, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt: 3, 105, 4.

sacerdotium: iamque inter se palam de praemiis ⟨*CC*⟩ ac de ⟨*om. b et hpr; Np., Dt.*⟩ sacerdotiis contendebant: 3, 82, 4; — iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*c*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt: 3, 83, 1.

sacramentum. **A. obl.:** sacramentum dicere *u.* **dico** *p. 883* **B.** *(3 loc.);* ¶ relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9.

B. gen.: obsecrare milites coepit, ne primam ⟨*O¹f;* prima *O²ahl;* primi *b; Scal.*⟩ sacramenti, quod apud Domitium atque apud se quaestorem dixissent, memoriam deponerent: 2, 28, 2; ¶ proditos (se) a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt: 2, 32, 7.

C. abl.: neu quis inuitus sacramentum ⟨-to *hl*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4; ¶ ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia *consul sacramento rogauisset, ad signa conuenire . . . iuberet: VI 1, 2; ¶ sacramento quidem uos tenere qui potuit, cum . . . deposito imperio . . . ipse in alienam uenisset potestatem? 2, 32, 9; *ibid. u.* **A.**

Sacratiuir: desiderauit . . . notos equites Romanos C. Fleginatem Placentia, A. Granium ⟨*c*⟩ Puteolis, M. Sacratiuirum Capua: 3, 71, 1.

sacrificium: publiceque eiusdem ⟨eius β⟩ generis habent instituta sacrificia: VI 16, 3; — illi (druides) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: VI 13, 4; ¶ neque druides habent (Germani), qui rebus diuinis praesint, neque sacrificiis student: VI 21, 1; ¶ si qui aut priuatus ⟨*c*⟩ aut populus eorum (druidum) decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. haec poena apud eos est grauissima. quibus ita est interdictum, . . . his

omnes decedunt, aditum eorum ⟨*e*⟩ sermonemque defugiunt: VI 13, 6 (7); ¶ pro uictimis homines immolant aut se immolaturos uouent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur: VI 16, 2.

Sadala: (D equites) Cotys ⟨*e*⟩ ex Thracia dederat et Sadalam ⟨*Oud.; sadalum f*; sasalam *ahl*⟩ filium miserat: 3, 4, 3.

B. num. plurai.; a) pertinet ad totum populum: una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna ⟨*e*⟩ flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ⟨oceanum fin. belgarum attingit. etiam *X*⟩ ab Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum: I 1, 5; (Heluetii continentur) altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Heluetios: I 2, 3; persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in ciuitate sua occuparet: I 3, 4; erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent, alterum per prouinciam nostram: I 6, 1; a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetiis diuidit, . . . murum . . . perducit: I 8, 1; relinquebatur una per Sequanos uia, qua Sequanis inuitis propter angustias ire non poterant. his cum sua sponte persuadere non possent ⟨*e*⟩, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Heluetiis erat amicus. . . . itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat, ut per fines suos Heluetios ire patiantur, obsidesque uti inter sese ⟨*e*⟩ dent perficit ⟨*e*⟩: Sequani, ne itinere Heluetios prohibeant, Heluetii, ut sine maleficio et iniuria transeant: I 9, 1—4; Caesari renuntiatur ⟨*e*⟩ Heluetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere: I 10, 1; Heluetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduorum fines peruenerant: I 11, 1; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit: I 12, 1; cum ad has suspiciones certissimae res accederent: quod per fines Sequanorum Heluetios traduxisset, quod obsides inter eos dandos curasset: I 19, 1; factum esse, uti ab Aruernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur: I 31, 4; (Haeduos) coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos ciuitatis et iure iurando ciuitatem obstringere sese neque obsides repetituros . . . neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum dicione atque imperio essent: I 31, 7; sed peius uictoribus Sequanis quam Haeduis uictis accidisse, propterea quod Ariouistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupauisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet: I 31, 10; hoc esse miseriorem et grauiorem fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent absentisque Ariouisti crudelitatem uelut si coram adesset horrerent, propterea quod reliquis tamen ⟨*e*⟩ fugae facultas daretur, Sequanis uero, qui intra fines suos Ariouistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi: I 32, 4. 5; quod . . . eorum (Haeduorum) . . ob-

sides esse apud Ariouistum ac Sequanos intellegebat: I 33, 2; praesertim cum Sequanos a prouincia nostra Rhodanus diuideret ⟨*haec uerba del. Th. Bentl.*⟩: I 33, 4; obsides . . . redderet Sequanisque permitteret, ut quos illi haberent, uoluntate eius reddere illis liceret: I 35, 3; Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum: I 38, 1; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ⟨*e*⟩ subministrare: I 40, 11; neque ipsos ⟨*e*⟩ in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse: I 44, 9; uti frumento commeatuque, qui ⟨*e*⟩ ex Sequanis et Haeduis supportaretur, Caesarem intercluderet: I 48, 2; Caesar . . . maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit: I 54, 2; Rhenus . . . longo spatio per fines Nantuatium ⟨*e*⟩, Heluetiorum, Sequanorum ⟨Rauricorum *Gisi*⟩, Mediomatricum ⟨*e*⟩, Tribocorum ⟨*e*⟩, Treuerorum citatus fertur: IV 10, 3; cum Caesar in Galliam uenit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani ⟨alteri iis sequamini *A*⟩. hi cum per se minus ualerent, . . . Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant. proeliis uero compluribus factis secundis . . . tantum potentia antecesserant, ut magnam partem clientium ab Haeduis ad se traducerent obsidesque ab iis ⟨*e*⟩ principum filios acciperent et publice iurare cogerent nihil se contra Sequanos consilii inituros et partem finitimi agri per uim occupatam ⟨*e*⟩ possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent: VI 12, 1—4; aduentu Caesaris facta commutatione rerum obsidibus Haeduis redditis, ueteribus clientelis ⟨*o*⟩ restitutis . . . Sequani principatum dimiserant. in eorum locum Remi successerant: VI 12, 6. 7; cum Caesar in Sequanos ⟨in S. *om.* β⟩ per extremos Lingonum ⟨*e*⟩ fines iter faceret, quo facilius subsidium prouinciae ferre ⟨*e*⟩ posset, circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; Eporedorix, quo duce ante aduentum Caesaris Haedui cum Sequanis bello contenderant: VII 67, 7; imperant . . . Sequanis, Senonibus, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia ⟨XII.⟩: VII 75, 3; Labienum cum ⟨*o*⟩ duabus legionibus et equitatu in Sequanos proficisci iubet; huic M. ⟨*e*⟩ Sempronium Rutilum ⟨*e*⟩ attribuit: VII 90, 4.

b) pertinet ad legatos ciuitatis: animaduertit Caesar unos ⟨*e*⟩ ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri. eius rei quae causa esset miratus ex ipsis quaesiit. nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere ⟨*e*⟩. cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino uocem exprimere posset, idem Diuiciacus Haeduus respondit: I 32, 2. 3.

(**sequius:** adeo ut, cum . . . iuberet, alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.;* nihilo sequius eundem cursum conficerent *M. Haupt*⟩: 3, 69, 4.)

sequor. **I. Forma:** secutus (-um, -a, -i, -ae) *est in editionibus nulla scripturae discrepantia indicata 19 (6 + 1 + 1 + 9 + 2) locis;* sequutus *inuenitur in A* V 8, 3; sequuti *in l* 2, 32, 6, sequuta *in* l^2 2, 32, 2; — secuntur *exstat in (A?)BM,* persecuntur *in* β VII 70, 4; secuntur *in Oaf* 3, 12, 4, *in bh* 1, 60, 5, *in a* 1, 2, 6 *et* 3, 13, 4; Secuntur *in* a^1 VI 38, 3; *in reliquis codd.* sequuntur *uidetur exstare;* — (sequendi *reperitur 4 locis,* sequendum *duobus.*)

II. Signif.; A. propr. (premere uestigia, proximum esse; sequi dicuntur a) animantes; α) = comitari; αα) additur obiect.; 𝔄): (centurionem: VII 50, 4 *u.* **𝔈)** illum;) ¶ cohortes . . . transcenderunt omnisque noster equitatus eas cohortes est secutus: 3, 68, 3; ¶ equites: 3, 28, 6 *u.* **𝔈)** eos; (3, 38, 3 *ib.* hos.)

𝔅): Attium: 2, 28, 3 *u.* **𝔇)** se; — Baculum: VI 38, 3 *u.* **𝔈)** hunc; — hic (timor) . . ortus est a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti [magnum periculum miserabantur, quod] non magnum in re militari usum habebant: I 39, 2; cum ex dediticiis Belgis reliquisque Gallis complures Caesarem secuti una iter facerent: II 17, 2; 1, 6, 2 *u.* **𝔈)** eum; an . . . resistant ⟨-tent *Paul*⟩? uos autem incerta ⟨*Aldus;* certa *z*⟩ uictoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uictum sequamini ⟨-emini *Paul*⟩, cum uestri officii praemia percipere debeatis? 2, 32, 6; — Petronium: VII 50, 4 *u.* **𝔈)** illum; — qui (L. Lentulus et P. Lentulus consularis ac non nulli alii) cum ⟨*e*⟩ ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam uenissent, oppido ac portu recepti non erant: 3, 102, 7.

𝔊): uictum: 2, 32, 6 *u.* **𝔅)** Caesarem.

𝔇): hic (Crastinus) signo dato Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis: 3, 91, 1; ¶ equitesque in ulteriorem portum progredi et naues conscendere et se sequi iussit: IV 23, 1; Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet: V 37, 1; (neque noctem neque diem intermittit (Ambiorix) pe-

ditatumque se ⟨*Aβ*; *Schn.*; sese *BMQ*; *edd. plur.*; *om. Np.*⟩ subsequi ⟨sequi *A*; *Schn.*⟩ iubet: V 38, 1;) (VI 23, 7 *u.* ββ) 𝔅) qui;) cohortes IIII . . . deducit, equitum partem se ⟨*om.* α; *Np., Fr.*⟩ sequi, partem circumire exteriores munitiones . . . iubet: VII 87, 4; turmis equitum et cohortibus uisis, quas se sequi iusserat, . . . hostes proelium committunt: VII 88, 1; gladiatores . . . Lentulus *spe* libertatis confirmat atque iis ⟨*e*⟩ equos attribuit et se sequi iussit: 1, 14, 4; († hora X. subsequi ⟨se sequi *Paul*⟩ pabulatores equitesque ⟨equites propere *Paul*⟩ reuocari iubet: 1, 80, 4;) pauca ad spem largitionis addidit, quae ab sua liberalitate, si se atque Attium secuti essent, exspectare deberent: 2, 28, 3; (Curio) unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi ⟨*e*⟩ confirmassent, sequi sese ⟨se *Nbl*⟩ iubet et praecurrit ante omnes: 2, 34, 5; (Curio) equites sequi iubet sese iterque accelerat: 2, 39, 6; Caesar . . . cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia . . . euocauerat, . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1.

𝔈): alieno esse animo in Caesarem milites neque iis ⟨*e*⟩ posse persuaderi, uti eum defendant aut sequantur saltem: 1, 6, 2; — ueteranae legionis milites . . . missis ad eos ab Otacilio ⟨*e*⟩ equitibus . . . circiter CCCC quique eos armati ex praesidio secuti sunt se defenderunt: 3, 28, 6; ¶ (Sextius Baculus) capit arma a proximis atque in porta consistit. consequuntur ⟨sequuntur β⟩ hunc centuriones eius cohortis, quae in statione erat: VI 38, (2.) 3; — equitum ⟨*e*⟩ magnam ⟨*e*⟩ partem . . . praemisit. qui cum essent progressi primaeque turmae ⟨*e*⟩ insidias intrauissent, . . . inlata suspicione . . . se recipere coeperunt, quique hos sequebantur, celerem eorum receptum conspicati restiterunt: 3, 38, 3; ¶ M. Petronius ⟨*e*⟩ . . . centurio . . . manipularibus suis, qui illum secuti erant ⟨er. sec. β⟩, Quoniam, inquit . . .: VII 50, 4.

ββ) **subaudiendum est obiect.;** 𝔄): (equitum partem se ⟨*om.* α⟩ sequi . . . iubet: VII 87, 4 *u.* αα) 𝔇) se;) ¶ cum cotidiana consuetudine egressae ⟨*e*⟩ pabulatoribus praesidio . . . legiones Fabianae duae flumen transissent impedimentaque ⟨iumentaque *Paul*⟩ et omnis equitatus sequeretur, subito . . . aquae magnitudine pons est interruptus: 1, 40, 3; ¶ quinque cohortes frumentatum . . . mittit ⟨*e*⟩. . . . magna praeterea multitudo calonum, magna uis iumentorum, quae in castris subsederant ⟨*e*⟩, facta potestate sequitur: VI 36, 3; ¶ equitatum omnem . . . ad castra hostium mittit . . ., quibus praerat Saburra . . .; sed rex omnibus ⟨*e*⟩ copiis sequebatur ⟨*ego*; insequebatur *x*; *edd.*⟩: 2, 38, 3.

𝔅): de quarta uigilia (se) castra moturum. . . . quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum: I 40, 15; ¶ ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui ⟨se *add. Paul*⟩ sequi uelint profiteantur, consurgunt ii ⟨*e*⟩, qui . . . hominem probant . . .; qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur: VI 23, 7. 8.

β) = **persequi, insequi (animo infesto);** αα) **additur obiect.;** 𝔄): eo die quo consuerat interuallo hostes sequitur: I 22, 5; IV 35, 3 *u.* 𝔇) quos; Caesar . . . duabus legionibus praesidio relictis secutus hostes ⟨*add. Aβ*; *Schn.*; *om. BMQ*; *rell. edd.*⟩ quantum diei tempus est passum . . . altero die ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2.

𝔅): L. Caesarem: 2, 23, 5 *u.* 𝔇) hunc; — (Scipio) subito se ad Cassium Longinum . . . conuertit. . . . at Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Fauonio, . . . se praesidium . . . sine auxilio Scipionis tenere (non) posse. quibus litteris acceptis consilium Scipio iterque commutat: Cassium sequi desistit, Fauonio auxilium ferre contendit: 3, 36, (2.) 6. 7; — L. Domitium: 2, 22, 3 *u.* 𝔇) hunc; — Caesar etsi . . . maxime probabat . . . mare transire et Pompeium sequi, priusquam ille sese ⟨*e*⟩ transmarinis auxiliis confirmaret, tamen: 1, 29, 1; itaque in praesentia Pompei sequendi rationem omittit: 1, 30, 1.

𝔊): (Coponius) perseuerantia nautarum *impetum tempestatis superari posse sperabat praeteruectosque (Caesarianos) Dyrrachium magna ui uenti nihilo setius sequebatur: 3, 26, 3.

𝔇): ex eo proelio circiter hominum milia CXXX superfuerunt . . . in fines Lingonum die quarto peruenerunt, cum et propter uulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent: I 26, 5; Caesar . . . triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit: I 26, 6; ¶ L. Domitius . . . nactus turbidam tempestatem profectus est. hunc conspicatae naues, quae . . ., ad portum excubabant, sublatis ancoris sequi coeperunt: 2, 22, 3; L. Caesar filius . . . Hadrumetum *profugerat. . . . hunc secutus Marcius ⟨*Np.*; m. *x*⟩ Rufus quaestor nauibus XII . . ., postquam . . . relictam nauem conspexit, hanc remulco ⟨*e*⟩ abstraxit: 2, 23, 5; ¶ hostes . . . terga uerterunt. quos tanto spatio

secuti, quantum ⟨quanto β⟩ cursu et uiribus efficere potuerunt, complures ex iis ⟨*e*⟩ occiderunt: IV 35, 3.

ββ) **subaudiendum est obi.; 𝔄):** reliquarum legionum milites . . . elati spe celeris uictoriae et hostium fuga . . . nihil adeo arduum sibi esse ⟨*e*⟩ existimauerunt ⟨*e*⟩, quod non uirtute consequi possent, neque finem prius sequendi fecerunt, quam muro ⟨*o*⟩ oppidi . . . adpropinquarunt ⟨*e*⟩: VII 47, (2.) 3; 3, 76, 3 *u.* 𝔈) qui.

𝔅): hostes ⟨*e*⟩ in fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt atque . . . coartantur ⟨*e*⟩. Germani acrius usque ⟨acriusque *BM*⟩ ad munitiones ⟨muros β⟩ sequuntur ⟨persecuntur β⟩: VII 70, (3.) 4; — Heluetii . . . itinere conuerso nostros . . . insequi . . . coeperunt. . . . Heluetii cum omnibus suis carris secuti impedimenta in unum locum contulerunt: I (23, 3;) 24, 4.

𝔇): (Caesar: VII 68, 2 *u.* αα) 𝔄) hostes;) — Pompeius . . . frustra labore suscepto . . ., quarto ⟨*e*⟩ die finem sequendi fecit: 3, 77, 3; — Scipio: 3, 36, 6 *u.* αα) 𝔅) Cassium; Domitius . . . simulauit sese angustiis rei frumentariae adductum castra mouere uasisque . . . conclamatis progressus . . . loco idoneo . . . exercitum . . . conlocauit. Scipio ad sequendum ⟨insequendum *Graeuius*⟩ paratus equitum ⟨*e*⟩ magnam ⟨*e*⟩ partem . . . praemisit: 3, 38, (1.) 2.

𝔈): tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium; sub occasum ⟨*e*⟩ solis sequi ⟨B^3β; *om.* α; *edd.*⟩ destiterunt seque in castra . . . receperunt: II 11, 6; nostri . . . eos . . . reppulerunt et compluribus interfectis longius impeditioribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt: III 28, 4; nostri acriter in eos impetu facto reppulerunt neque finem sequendi fecerunt, quoad . . . egerunt: V 17, 3.

𝔉): quae (quadriremes) cum nauibus nostris *ad*propinquassent, nostri . . in portum refugiebant, illi studio incitati incautius sequebantur: 3, 24, 2; ¶ quibus (Pompei militibus) ad sequendum impeditis Caesar . . . exercitum educit: 3, 76, 3.

b) res; α) coner.: naues: 2, 22, 3 *u.* **a)** β) αα) 𝔇) hunc.

β) **abstr.:** ad timorem nouarum tabularum tollendum . . ., qui fere ⟨ferre *ahl*⟩ bella et ⟨bella et *del. Paul*⟩ ciuiles dissensiones sequi consueuit: 3, 1, 3; ¶ Orgetorigem ex uinclis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur: I 4, 1.

itaque in tanta rerum iniquitate fortunae quoque euentus uarii sequebantur: II 22, 2.

c) tempora: ea, quae secuta est hieme, qui fuit annus Cn. ⟨*e*⟩ Pompeio, M. ⟨*e*⟩ Crasso consulibus, Vsipetes . . . Rhenum transierunt: IV 1, 1; ¶ secutae sunt continuos complures ⟨*o*⟩ dies tempestates: IV 34, 4.

B. trsl.; a) = imitari (exemplum), obtemperare, seruire; α) additur obiect.; αα) alqm: interim Oscenses et Calagurritani . . . mittunt ad eum legatos seseque imperata facturos pollicentur. hos Tarraconenses et Iacetani et Ausetani et paucis post diebus Illurgauonenses, qui flumen Hiberum attingunt, sequuntur ⟨*ego; insequ.* ϰ; *edd.*⟩: 1, 60, (1.) 2; (Apolloniates) ad Caesarem legatos mittunt oppidoque recipiunt. hos ⟨hoc *afh*⟩ sequuntur Byllidenses, Amantini et reliquae finitimae ciuitates totaque Epiros et legatis ad Caesarem missis quae imperaret facturos pollicentur ⟨*u. CC*⟩: 3, 12, (3.) 4; hoc idem reliqui iurant legati; tribuni ⟨*af; hos tribuni hl; Db.*⟩ militum centurionesque sequuntur, atque idem omnis exercitus iurat: 3, 13, 4; ¶ uos enim uestrumque factum, inquit, omnia ⟨*o*⟩ deinceps municipia sunt secuta: 2, 32, 2.

ββ) **alqd:** debere eos Italiae totius auctoritatem sequi potius quam unius hominis uoluntati obtemperare: 1, 35, 1; ¶ longius delatus aestu orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit. tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut: V 8, 3; ¶ factum: 2, 32, 2 *u.* αα) *extr.*; ¶ hac uos fortuna atque his ducibus repudiatis Corfiniensem ignominiam, Italiae fugam, Hispaniarum deditionem, Africi belli praeiudicia sequimini! ⟨*sic Ciacc.*; corfiniensem ignominiam in italiae fuga (fugam *l*) an hispaniarum deditionem in africi belli (bellum *a*) praeiudicia sequimini ϰ; Corf. ignominiam an It. fugam an Hisp. deditionem an Afr. belli praeiudicia sequimini? (sequemini? *EHoffm.*[1]) *Ald.*; *EHoffm.*[1]; Corf. ignominiam, Italiae fugam, an Hisp. deditionem Africi belli praeiudicia sequemini? *EHoffm.*[2]; Hisp. deditionem — Africi belli praeiudicia — sequimini! *Kraff.*⟩: 2, 32, 13; ¶ dixerat aliquis leniorem sententiam, ut . . . M. Rufus, qui sententiam Calidii paucis fere mutatis † rebus ⟨uerbis *edd. uett.*⟩ sequebatur: 1, 2, 4; sic uocibus consulis, terrore praesentis exercitus, minis amicorum Pompei plerique compulsi inuiti et coacti Scipionis sententiam sequuntur: uti . . . Caesar exercitum dimittat . . .: 1, 2, 6 (7).

(hoc: 3, 12, 4 *u.* αα) hos;) ¶ quod

non nulli cum probarent ⟨comprob. M^1⟩, periculi causa sequi non potuerunt: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2.

β) subaudiend. est obl.: Pompeio esse in animo rei publicae non deesse, si senatus sequatur: 1, 1, 4; 3, 13, 4 *u.* αα) hos.

b) = petere, expetere alqd, duci alqa re; obiecta sunt α) loca: illi necessario loca sequi demissa ⟨*l*; dimissa *afh*⟩ ac palustria et puteos fodere cogebantur: 3, 49, 5; ¶ munitionem *enim, quam ⟨*c*⟩ pertinere ⟨*c*⟩ a castris ad flumen supra demonstrauimus, dextri Caesaris cornus ⟨*c*⟩ cohortes ignorantia loci sunt secutae: 3, 68, 2; ¶ his rebus perfectis regiones secutus quam potuit aequissimas . . . munitiones . . . perfecit: VII 74, 1.

β) res abstractae: ab hoc concilio Remi, Lingones, Treueri afuerunt ⟨*c*⟩: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur; Treueri, quod . . .: VII 63, 7; multae longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt et Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5; ¶ et amicitiae grauiorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris, si non fortunae obsecutus uideberis . . . nec causam secutus . . ., sed meum aliquod factum condemnauisse: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ (ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic x*; dimissi sequi eundem cursum contenderent *Madu.*⟩, alii [ex] metu etiam signa dimitterent: 3, 69, 4;) ¶ fidem *u.* **fides** *p. 1297* **C. a)** *(3 loc.);* ¶ sin Caesarem respiciant atque eius gratiam sequantur, ut superioribus fecerint temporibus, se sibi consilium capturum neque senatus auctoritati obtemperaturum: 1, 1, 3; ¶ relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet et . . .: 3, 44, 2.

erat . . . genus hominum, cui ⟨*c*⟩ liceret ⟨*c*⟩ libere facere ⟨cui quod liberet liceret facere *Madu.*⟩ et sequi quod uellet ⟨uel *af*; uellent *O*⟩: 2, 29, 3.

Sequi usque ad munitiones ⟨*c*⟩: VII 70, 4; ¶ ex praesidio: 3, 28, 6; ex Thessalia: 3, 106, 1; ex urbe: I 39, 2; — (ex fuga: 3, 102, 7;) ¶ **tanto spatio, quantum** . . . efficere potuerunt: IV 35, 3; — quantum diei tempus est passum: VII 68, 2; — quo consuerat interuallo: I 22, 5; ¶ **cum omnibus suis carris:** I 24, 4; (cum) omnibus copiis: I 26, 6; 2, 38, 3 ⟨*c*⟩; nauibus XII: 2, 23, 5; ¶ **armati:** 3, 28, 6; inuiti et coacti: 1, 2, 6.

Aduerb.: acrius: VII 70, 4; incautius: 3, 24, 2; (libere: 2, 29, 3;) longius: III 28, 4; (necessario: 3, 49, 5;) rursus: V 8, 3; (saltem: 1, 6, 2.)

Ser. = Seruius: cum in Italiam proficisceretur Caesar, Ser. ⟨Seruium *edd. (X²)*; Sergium *Gland.*⟩ Galbam cum legione XII. in Nantuates, Veragros Sedunosque misit: III 1, 1; ipse (Iuba) equo in oppidum uectus prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. ⟨*om. f*⟩ Sulpicius ⟨-tius *a*⟩ et Licinius Damasippus, . . . imperauit: 2, 44, 3.

Serapion: a quo (rege Ptolomaeo) missi Dioscorides et Serapion ⟨sarapion *O*⟩, qui ambo legati Romae fuerant magnamque apud patrem Ptolomaeum auctoritatem habuerant, ad Achillam peruenerunt. quos ille . . .: 3, 109, 4. 5.

sermo. A. = conloquium; a) obi.: is reliquo sermone confecto, cuius rei causa uenerat, habere se a Pompeio ad eum priuati ⟨*c*⟩ officii mandata demonstrat: 1, 8, 2; ¶ quibus ita est interdictum, . . . his omnes decedunt, aditum eorum ⟨β; *Schn.; om.* α; *rell. edd.*⟩ sermonemque ⟨atque sermonem *a*⟩ defugiunt: VI 13, 7; ¶ dum de condicionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo ⟨sermo ab amb. inst. β⟩: V 37, 2.

b) dat.: ab iis ⟨*c*⟩ Caesar haec facta cognouit, qui sermoni interfuerunt ⟨-rant *Kindsch.*⟩: 3, 18, 5.

c) genet.: qui aliquem sermonis ⟨*del. Ciacc.*⟩ aditum causamque amicitiae cum Cicerone habebant: V 41, 1.

d) abl.: amicissime de Caesare loquebatur: praeoccupatum sese legatione . . . neque se ignorare. . . . haec omnibus ferebat sermonibus: 2, 17, 2; ¶ liberam nacti milites conloquiorum facultatem uulgo procedunt. . . . agunt gratias omnes omnibus, . . . quaerunt, . . . queruntur. his prouocati ⟨-atis *fhl*⟩ sermonibus fidem ab imperatore de . . . Afranii uita petunt: 1, 74, 3.

e) c. praep.: de mandatis Caesaris agere instituit. quem ingressum in sermonem Pompeius interpellauit et loqui plura prohibuit: 3, 18, 3.

B. = rumores, fabulae, uoces: † ut qui superiore nocte in contuberniis commilitesque nonnulli grauiora ⟨-iores *recc.*⟩ sermones militum dubia ⟨dubii *N*⟩ durius accipiebantur ⟨*sic codd.*; et qui sup. nocte in cont. circulisque (?) auditi fuerant sermones mil. dubii, durius accipiebantur *Madu.*; in contuberniis centuriones militesque nonnulli grauiora: sermones militum: dubia durius accipiebantur

ider⟩, non nulla ⟨*H. Schneider; non edd.*⟩ etiam ab iis ⟨*e*⟩, qui diligen-leri uolebant, fingebantur ⟨*u. CC*⟩: ¶ is ⟨*e*⟩ (timor) uariis ⟨uarus *Oaf*⟩ sermonibus celeriter augetur: 2,

iicendi genus, oratio: ac si, *ut* cogi-clare eloqui possent non nulli studio aborauerunt, . . . hunc facilem et coti-nouisse sermonem nunc pro relicto est habendum ⟨hunc f. et c. . . . ha-*Caesaris esse negant Np., Jahn*⟩: *ap.* . 253; ¶ tu quoque tu in sum-o ⟨*e*⟩ dimidiate Menander, poneris, et puri sermonis armator: *ap. Suet. nt.* 5.

interiores plerique frumenta non 14,2; frumenta ⟨iumenta *Kraff.*⟩ enim, rant intra munitiones sata, consum-3,58,3; ¶ multaque erant intra im manu sata, quibus ⟨*(h)l;* manus quibus *af*⟩ interim iumenta pasceret:

A. pos.: contra ea Titurius sero s clamitabat, cum maiores manus . . . conuenissent: V 29,1.

ip.: naues . . . remittuntur. sed serius rouectae ⟨prof. *b*⟩ naues neque usae aura in redeundo offenderunt: 3,8,2.

erl.: paruoque spatio intermisso, ut re institutum seruaretur et quam seris-*al.;* suetissime *x;* lentissime *Corne-*us profectio cognosceretur, concla-it . . .: 3,75,2.

: cumque ignis ⟨ignes *N*⟩ magni-nti latius serperet ⟨-rent *Nl*⟩: 3,101,6.

rtorius: duces uero ii ⟨*e*⟩ delegun-una cum Q. Sertorio omnes annos III 23,5; ex duobus contrariis generi-superiore bello cum Sertorio ⟨*O;* l. *Na¹f;* l. sertorio *hl; (Np.)*⟩ steterant uictae nomen atque imperium absentis imebant: 1,61,3.

lis: de uxoribus in seruilem modum em habent: VI 19,3; ¶ factum per (eius hostis periculum) in Italia multu, quos tamen aliquid usus ac , quam ⟨*e*⟩ a nobis accepissent, sub-I 40,5.

eruilius: dictatore habente comitia consules creantur Iulius Caesar et P. : 3,1,1; cum resisteret Seruilius con-uique magistratus et minus opinione lius) efficeret ⟨*e*⟩: 3,21,1; de quibus eruilius consul ad senatum rettulit, senatusque Caelium ab re publica remouendum censuit. hoc decreto eum consul senatu prohibuit et contionari conantem de rostris deduxit: 3,21,3.

seruio. A. = gratificari, assentari: hi siue uere quam habuerant opinionem ad eum perferunt, siue etiam auribus Vari seruiunt, . . . confirmant quidem ⟨*e*⟩ certe: 2,27,2; (IV 5,3 *u.* **C.**)

B. = operam dare, studere: cohortatus Haeduos, ut . . . omnibus omissis [his] rebus huic bello seruirent: VII 34,1; ¶ qui (exactores) praeter imperatas pecunias suo etiam priuato compendio seruiebant ⟨saeuiebant *f*⟩: 3,32,4.

C. = regi, pendere ex: his rumoribus ⟨*e*⟩ atque auditionibus permoti . . . saepe ⟨*o*⟩ consilia ineunt, quorum eos in uestigio paenitere necesse est, cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ⟨cum incerta, ut eorum auribus seruiant, et plerumque *Ciacc.*⟩ ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5,3.

seruitus. A. obi.: nihil . . de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam seruitutem deditionis nomine appellant: VII 77,3; ¶ Romani . . . quid uolunt nisi . . . quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt, . . . his aeternam iniungere seruitutem? VII 77,15; ¶ sollicitant, ut in ea libertate . . . permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨*e*⟩: III 8,4.

B. dat.: nolite . . . stultitia ac temeritate uestra aut animi imbecillitate ⟨*o*⟩ omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨addicere β; *Schn.*⟩: VII 77,9.

C. gen.: omnes autem homines natura libertati ⟨*e*⟩ studere ⟨*e*⟩ et condicionem seruitutis odisse: III 10,3.

D. abl.: respicite finitimam Galliam, quae in prouinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur seruitute: VII 77,16.

E. c. praep.; a) in c. acc.: ut paene in conspectu exercitus nostri agri uastari, liberi eorum in seruitutem abduci . . . non debuerint: I 11,3; ¶ multo illa grauius aestimari ⟨*e*⟩ debere ⟨*e*⟩, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici, quae sit necesse accidere uictis: VII 14,10; bona ciuium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in seruitutem abstrahunt: VII 42,3; ¶ plerique, cum aut ⟨*e*⟩ aere alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem ⟨in seruit. sese β⟩ dicant ⟨addicunt

Aim.⟩ nobilibus; *quibus* in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in seruos: VI 13, 2 (3); ¶ flentes omnibus precibus orabant ⟨*c*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; ¶ Haeduos a ⟨*c*⟩ Caesare in seruitutem redactos omnes ⟨omnes red. β⟩ indignitates contumeliasque perferre: II 14, 3; ¶ mulieres . . . implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent: I 51, 3.

b) in c. abl.: multae res eum hortabantur . . ., in primis quod Haeduos fratres . . . a senatu appellatos in seruitute atque in dicione ⟨deditione $B^2\beta$⟩ uidebat Germanorum teneri: I 33, 2; quos (filios) Aduatuci obsidum numero missos apud se in seruitute et catenis tenuissent: V 27, 2.

Seruius *u.* **Ser.**

seruo. A. = conseruare; a) = incolumem conseruare; α): (ueteres milites) per medios hostes perrumpunt incolumesque . . . in castra perueniunt. hos subsecuti calones equitesque ⟨equites calonesque β⟩ eodem impetu militum uirtute seruantur: VI 40, 5; — ut . . . ipsi periculum uitarent, impedimenta totius exercitus cohortesque in castris relictas ⟨relicta *bel*⟩ seruare non possent: 1, 70, 2.

β): relinquit animus Sextium . . .; aegre per manus traditus ⟨*RSchn.; tractus X; edd.*⟩ seruatur: VI 38, 4.

γ): quoniam, inquit, me una uobiscum seruare ⟨conseruare *a*⟩ non possum, uestrae quidem certe uitae prospiciam: VII 50, 4.

δ): parentes ⟨*del. Nitsche*⟩ suos commendabant, si quos ex eo ⟨suo *af*⟩ periculo fortuna seruare potuisset ⟨uoluisset *Cornelissen*⟩: 2, 41, 8; ¶ etsi ⟨*c*⟩ pars aliqua circumuenta ceciderit, at reliquos seruari posse confidunt: VI 40, 2.

b) = retinere, tueri; α): Cicero . . . septimo die diffidens de numero dierum Caesarem fidem seruaturum . . . quinque cohortes . . . mittit ⟨*c*⟩: VI 36, 1 (2); ¶ institutum *u.* **institutum A.** *p. 190 (3 loc.);* ¶ trabes . . . paribus interuallis, distantes inter se binos pedes, in solo conlocantur. . . . his conlocatis . . . alius . . ordo additur, ut idem illud interuallum seruetur neque inter se contingant trabes: VII 23, (1.) 3; ¶ eos (duces) neque conloquii neque indutiarum iura seruasse et homines . . . deceptos crudelissime interfecisse: 1, 85, 3; ¶ hoc . . . opus deforme non est alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant: VII 23, 5; *u. praeterea* **ordo** *p. 962 sq.* **B. b)** *(5 (6) loc.);* ¶ quod deditione facta nostros praesidia deducturos ⟨non inducturos $B^3\beta$⟩ aut denique indiligentius ⟨indulgentius $B^2\beta$⟩ seruaturos crediderant: II 33, 2; ¶ quod (Afraniani) uix equitum incursus sustinerent conlatisque in unum locum signis conferti neque ordines neque signa seruarent: 1, 71, 3.

β): in se iura magistratuum commutari . . ., in se uno non seruari quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut . . .: 1, 85, 10.

B. = reseruare; a): maiori tamen parti placuit hoc reseruato ⟨seruato β⟩ ad extremum **casum* consilio interim rei euentum experiri: III 3, 4; ¶ huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque seruantur; uter eorum uita superarit ⟨*c*⟩, ad eum pars utriusque cum fructibus ⟨*c*⟩ superiorum temporum peruenit: VI 19, 2; ¶ consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium . . ., ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Caesari seruarent ⟨reseruarent *Ciacc.*⟩: 2, 20, 2.

b): illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨seruari β⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34, 1.

C. = obseruare, custodire; a) additur obl.: Cassiuellaunus . . . omni deposita spe ⟨*o*⟩ contentionis . . . itinera nostra seruabat: V 19, 1.

b) abs.: II 33, 2 *u.* **A. b) α)** praesidia.

seruus. A. subl.: adferre: V 45, 4 *u.* deferre; ¶ erat unus intus Neruius, nomine Vertico . . . . hic ⟨huic *bdhkl*⟩ seruo spe libertatis magnisque persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem deferat. has ille in ⟨*c*⟩ iaculo inligatas effert ⟨adfert β⟩ et Gallus inter Gallos sine ulla suspicione uersatus ad Caesarem peruenit. ab eo de periculis Ciceronis legionisque cognoscitur ⟨cognoscit β⟩: V 45, 3. 4. 5; ¶ dicere: VII 20, 10 *u.* **B.** producere; ¶ efferre: V 45, 4 *u.* deferre; ¶ (esse: 1, 51, 2 *u.* **F. b);** ¶ perfugere: I 27, 3 *u.* **B.** poscere; ¶ peruenire: V 45, 4 *u.* deferre; ¶ (pronuntiare: VII 20, 10 *u.* **B.** producere;) ¶ uersari: V 45, 4 *u.* deferre.

B. obl.: Pompeius . . . seruos, pastores ⟨seruos pastores *(sublata interpunctione) Pluyg.*⟩ armat atque iis ⟨*h;* hiis *a;* his *Ofl*⟩ equos attribuit; ex his ⟨iis *Ald.*⟩ circiter CCC equites conficit: 1, 24, 2; ¶ (cogere: 3, 80, 3 *u.* **D.** multitudo;) ¶ (conferre, conquirere: I 27, 4 *u.* poscere;) ¶ paulo supra hanc memoriam serui et clientes, quos ab iis ⟨*c*⟩ dilectos esse constabat, iustis funebribus ⟨*c*⟩ confectis una cremabantur: VI 19, 4; ¶

diligere: VI 19,4 *u.* cremare; ¶ (e)docere: VII 20,10 *u.* producere; ¶ excipere, excruciare: VII 20,9 *ib.*; ¶ interficere: 3,14,3 *u.* **F. e)**; ¶ interrogare: VII 20,10 *u.* producere; ¶ ciues Romani . . . ad extremum auxilium descenderunt seruosque omnes puberes liberauerunt: 3,9,3; ¶ (Caesar) obsides, arma, seruos, qui ad eos perfugissent, poposcit. dum ea conquiruntur et conferuntur: I 27,3.4; ¶ producit seruos, quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat et fame uinculisque ⟨*e*⟩ excruciauerat. hi ⟨ii A^1; illi QA^2; hic β⟩ iam ante ⟨*e*⟩ edocti ⟨docti β⟩, quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt: VII 20,9.10.

C. dat.: attribuere: 1,24,2 *u.* **B.** armare; ¶ persuadere: V 45,3 *u.* **A.** deferre.

D. genet.: in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: 3,32,2; ¶ nam plebes paene seruorum habetur loco, quae nihil audet ⟨*e*⟩ per ⟨*o*⟩ se ⟨*o*⟩, nullo ⟨*e*⟩ adhibetur consilio ⟨*e*⟩: VI 13,1; ¶ Androsthenes, praetor Thessaliae, . . . omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit: 3,80,3; ¶ ut . . . illum (Pompeium) delectari imperio et consulares praetoriosque seruorum habere numero dicerent: 3,82,3.

E. abl.: quas (naues) . . . a priuatis coactas seruis, libertis, colonis suis compleuerat: 1, 34,2.

F. c. praep.; a) ab: cognoscere: V 45,5 *u.* **A.** deferre.

b) cum: uenerant eo . . . equites . . .; erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis libertisque ⟨*Hotom.*; liberisque *x*; *edd.*⟩: 1,51,2.

c) de: (una nauis) a Bibulo expugnata est; qui de seruis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum ⟨omnes *add. b*⟩ interficit: 3,14,3.

d) ex: DCCC (equites) ex ⟨cum *f*⟩ seruis suis pastorumque suorum *numero* ⟨*add. E. Hoffm.*; *Db.*; *om. codd.*; — ex seruis pastoribusque suis suorumque *Lips.*; *Np. coni.*; *Dt.*; ex seruis suis pastoribusque amicorumque suorum *Madu.*⟩ coegerat: 3,4,4; ¶ conficere: 1,24,2 *u.* **B.** armare.

e) in: *quibus* (nobilibus) in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in seruos: VI 13,3.

sescenarius: sagittarios . . . III milia numero habebat, funditorum cohortes sescenarias ⟨sexcenarias *edd.* (*x*?)⟩ II: 3,4,3.

sescenti. *Formam* sescenti (-a, -os, -as, -orum, -is) *Hold. testatur inueniri in* α II 28, 2 *et* V 2,2 *et* VII 11,2; *in AQB* II 15,1; *in* B^1M^1 I 49,1.3; *in B* I 38,5 *et* IV 3,2; sexcent. *eodem teste exstat in* AQB^2M^2 I 49,1.3; *in AQ* I 38,5 *et* IV 3,2; *in* B^2 V 2,2; — *idem dicit* DC. *exstare in A*, .DC. *in Q*, $\overline{\text{DC}}$. *in B* III 22,1; DC *in* β V 2,2; *reliqui codices quid habeant his locis ignoramus. In B. Ciu. Np. et Db. omnibus (6 (7)) locis scripserunt* **DC** *nulla librorum discrepantia indicata.*

A. non additur alius numerus; a) additur subst.: cum **DC** deuotis, quos illi soldurios appellant, . . . eruptionem facere conatus: III 22,1; ¶ duabus legionibus missis . . . cum Q. Cassio . . . ipse cum ⟨*om. af*; *Np.*⟩ **DC** equitibus magnis itineribus progreditur ⟨praegr. *Obhl*⟩: 2, 19,1; eodemque tempore his rebus subsidio DC equites Numidae ⟨-diae *af*⟩ ex oppido peditesque CCCC mittuntur a Varo, quos . . .: 2,25, 3; tantum nauium repperit, ut anguste XV milia legionariorum ⟨*e*⟩ militum, DC ⟨*Ciacc.*; D *codd.*⟩ equites ⟨*recc.*; milites *x*⟩ transportari ⟨*e*⟩ possent: 3,2,2; ¶ (milites: 3, 2,2 *u.* equites;) ¶ una ex parte a Suebis ⟨*e*⟩ circiter milia passuum sescenta ⟨.C. β⟩ agri uacare dicuntur: IV 3,2; ¶ circiter sescentas eius generis, cuius supra demonstrauimus, naues et longas XXVIII inuenit instructas ⟨structas *Hartz*⟩: V 2,2; ¶ quod erat ciuitas magna inter Belgas auctoritate atque hominum ⟨*e*⟩ multitudine praestabat, sescentos obsides poposcit: II 15,1; arma conferri ⟨*e*⟩, iumenta produci, sescentos obsides dari iubet: VII 11,2; ¶ ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, circiter passus sescentos ab his, castris idoneum locum delegit: I 49,1; hic ⟨*e*⟩ locus ab hoste circiter passus sescentos, uti dictum est, aberat: I 49,3; ¶ (pedum sescentorum: I 38,5 *u.* **B.**;) ab eo intermisso spatio pedum DC alter conuersus in contrariam partem erat uallus: 3,63,2.

b) non additur subst.: ex quibus (equitibus) DC Gallos Deiotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia: 3,4,3; in commemoranda ciuitatis calamitate ex sescentis ⟨CD *Ciacc.*⟩ ad tres senatores . . . sese redactos esse dixerunt: II 28,2.

(cuius orationem legati domum referunt atque ex auctoritate ⟨sescentorum *add. Ciacc.*⟩ haec Caesari renuntiant: 1,35,3;) nostri . . . circiter LXX ceciderunt . . .; uulnerantur ⟨-ratur *af*⟩ amplius DC: 1,46,4; exercitum . . . reducit . . . ex numero aduersariorum circiter DC interfectis ac mille ⟨*e*⟩ uulneratis: 2,35,6.

B. additur alius numerus: reliquum spatium, quod est non ⟨*o*⟩ amplius pedum **M** ⟨*Napol.; Hold., Dt.²; om. X; edd. rell.*⟩ sescentorum: I 38, 5.

sese *u.* **sui.**

sesquipedalis: tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta . . . inter se iungebat: IV 17, 3.

sestertium: HS LX ⟨h. l. ·/. *a;* h LX *hl;* LX *f*⟩, quod aduexerat Domitius atque in publico deposuerat, adlatum ad se a *IIIIuiris Corfiniensibus Domitio reddit, . . . etsi eam pecuniam publicam esse constabat datamque a Pompeio in stipendium: 1, 23, 4; ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS ⟨CH *z*⟩ CLXXX et argenti pondo ⟨*c*⟩ XX milia . . . polliceri coegit: 2, 18, 4.

(Sesuuii *u.* **Esuuii.)**

setius *u.* **nihil** *p. 776 s)* *(6 loc.).*

seu *u.* **siue.**

seueritas: summae diligentiae summam imperii seueritatem addit, magnitudine supplicii dubitantes cogit: VII 4, 9.

seuerius: Caesar Brundisium ad suos seuerius scripsit, nacti idoneum uentum ne occasionem nauigandi dimitterent: 3, 25, 4.

seuoco. A. = secreto agere cum alqo: (Dumnorix) omni spe impetrandi adempta principes Galliae sollicitare, seuocare ⟨*Bhl;* reuocare *AQMa*⟩ singulos ⟨galliae sing. soll., reuocare (seuoc. *hl*) β⟩ hortarique coepit, uti ⟨*c*⟩ in continenti remanerent: V 6, 4.

B. = abducere, auocare; a) in loca remota: praedae cupiditas multos longius seuocabat ⟨*Paul;* euocabat *X; edd.*⟩: VI 34, 4.

b) ab alqa re: quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat ⟨seuocabat?⟩: III 17, 4.

(seuum *u.* **sebum.)**

sex. *In X uidetur inueniri* sex *his locis:* II 8, 5; 19, 2; II 15, 1; IV 37, 2; VII 34, 2; 46, 3; 86, 1; sex *exstat in* α, **VI.** *(uel* .VI.*) in* β VII 8, 2 *et* 69, 5; sex *in AQB*(α?), VI. *in a*(β?) II 5, 6; .VI. *in* β (sex *in* α?) I 48, 1; .VI. *in a* (sex *in αh?*) I 48, 5; sex *in AQ,* ex *in B*¹, .VI. *in h* II 29, 4; ex *in A*¹ (sex *in rell.?*) I 27, 4; ex *in B*¹, & *in B*² (sex *in rell.?*) VI 44, 3; sex *est in* α, *omiss. in* β II 19, 5. — *In B. Ciu. et in Nipperdei et in Dübneri editione exstat* sex *8 locis* (1, 3, 6; 15, 5; 24, 3; 85, 6; 2, 9, 8; 24, 4; 38, 3; 3, 53, 2), **VI** *6 locis* (1, 25, 1; 51, 2; 2, 39, 2; 3, 37, 2; 53, 1; 97, 3) *nulla codicum discrepantia indicata; duobus locis* (1, 39, 2 *et* 64, 8) *Db. dicit in codd. inueniri* „VI *uel* sex"; VI *est in f,* sex *uidetur esse in ahl* 2, 5, 1; ex *scriptum est* (*pro* sex) *in z* 1, 41, 2 *et* 3, 93, 4; ex *in l,* sex *in afh* 2, 18, 2; ¶ XLVI. *est in AQ,* · XL · VI · *in B,* .VI. & XL. *in h,* sex & · XL · *in a* VII 51, 1; XXXVI *uidetur esse in X* I 29, 2.

A. non additur alius numerus: in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit ⟨*c*⟩: II 5, 6; Caesar Labienum cum cohortibus sex ⟨cum sex cohort. β⟩ subsidio laborantibus mittit: VII 86, 1; Camerino fugientem ⟨*c*⟩ Lucilium ⟨*c*⟩ Hirrum cum sex ⟨V *Ciacc.*⟩ cohortibus, quas ibi in praesidio habuerat, excipit: 1, 15, 5; ponti castrisque praesidio sex cohortes ⟨ex cohortis *Nz; X* cohortis *b;* cohortes *O*⟩ relinquit ⟨*c*⟩ atque omnia impedimenta: 1, 41, 2; eo sex cohortes praesidii causa ex prouincia misit: 2, 18, 2; quartae aciei, quam instituerat sex cohortium ⟨*Faern.;* ex cohortibus *af;* ex cohortium numero *Ohl; Db.;* IIX cohortium numero *Paul*⟩, dedit signum. illae . . .: 3, 93, 4; — cum cohortibus sex: VII 86, 1 *u. s.* sex cohort.; (mittit primum ⟨*c*⟩ Brutum adulescentem cum cohortibus ⟨sex *add. Ald.*⟩ Caesar ⟨*o*⟩, post cum aliis ⟨septem *add. Ald.*⟩ C. Fabium legatum: VII 87, 1;) L. Manlius praetor Alba ⟨*c*⟩ cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus praetor Tarracina ⟨*c*⟩ cum tribus; quae . . .: 1, 24, 3; ¶ sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant: 1, 3, 6; ¶ cum iam amplius horis sex ⟨sex horis β⟩ continenter pugnaretur: III 5, 1; ¶ duabus legionibus . . . in castris relictis . . . reliquas sex legiones pro castris in acie constituit: II 8, 5; consuetudine sua Caesar sex legiones expeditas ducebat: II 19, 2; neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniam septimamque ibi conscriptam: 1, 85, 6; — interim legiones sex ⟨*om.* β⟩, quae primae ⟨*c*⟩ uenerant, . . . castra munire coeperunt: II 19, 5; Brundisium cum legionibus VI peruenit, ueteranis III et ⟨*c*⟩ reliquis, quas . . . compleuerat: 1, 25, 1; Caesar legiones in Hispaniam praemiserat [ad] VI [milia]: 1, 39, 2; (impositae, ut supra demonstratum est, legiones VII ⟨VI *Np.*⟩: 3, 6, 2;) — duas legiones ad fines Treuerorum, duas in Lingonibus, sex reliquas . . . Agedinci in hibernis conlocauit: VI 44, 3; quattuor legiones in Senones . . . Labieno ducendas dedit, sex ipse in Aruernos . . . duxit: VII 34, 2; ¶ qui . . . custodiam ⟨*c*⟩ ex suis ac praesidium ⟨*c*⟩ sex milia ⟨.VI. *h*⟩ hominum una reliquerunt: II 29, 4; (1, 39, 2 *u. s.* legiones;) quem (locum) si qui

⟨*e*⟩ uitare uoluerit ⟨*e*⟩, sex milium circuitu in oppidum peruenit ⟨*e*⟩: 2, 24, 4; rex . . . insequebatur et sex milium passuum ⟨passus *afl*⟩ interuallo a Saburra consederat: 2, 38, 3; — circiter hominum milia sex . . . siue timore perterriti . . . siue spe salutis inducti, quod . . . existimarent, prima nocte e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt: I 27, 4; castra promouit et milibus passuum sex a Caesaris castris . . . consedit: I 48, 1; equitum milia erant sex ⟨erant .VI. milia *a*⟩, totidem numero pedites: I 48, 5; celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex conuenerunt: IV 37, 2; erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis *libertisque: 1, 51, 2; tantum fuit in militibus studii, ut milium VI ad iter addito circuitu . . . eos . . . consequerentur: 1, 64, 8; progressus milia ⟨mil. *al;* mille *f*⟩ passuum ⟨passus *afl*⟩ VI equites conuenit: 2, 39, 2; cum esset inter bina castra campus circiter milium passuum VI ⟨III *pr. edd.;* II *Stoffel, sed dubitanter*⟩: 3, 37, 2; progressus milia passuum VI ⟨III *Ciacc.*⟩ aciem instruxit: 3, 97, 3; ¶ eo die naues Massiliensium † cum iis ⟨his *x*⟩ quae sunt captae ⟨Massiliensium Domitiique sunt captae VI *Paul*⟩, intereunt VIIII: 1, 58, 4; — nam ad eas (naues), quae factae erant Arelate per Caesarem, captiuae Massiliensium accesserant sex: 2, 5, 1; ¶ (legem promulgauit, ut sexenni die ⟨*P. Manut.;* sexies seni dies *x;* sex pensionibus *Ald.*⟩ sine usuris creditae pecuniae *soluerentur: 3, 20, 4;) ¶ discussa ⟨*e*⟩ niue sex in altitudinem pedum ⟨in altitud. pedum .VI. β⟩ atque ita uiis patefactis . . . ad fines Aruernorum peruenit: VII 8, 2; ex grandibus saxis sex pedum murum . . . praeduxerant Galli: VII 46, 3; fossamque ⟨*e*⟩ et maceriam ⟨*e*⟩ sex in altitudinem ⟨in alt. VI. β⟩ pedum praeduxerant ⟨*e*⟩: VII 69, 5; — pedum VI: VII 8, 2 *u. s.* sex pedum; ¶ uno die VI proeliis factis, tribus ad Dyrrachium, tribus ad munitiones . . . ad duo ⟨*e*⟩ milia numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus . . . signaque sunt militaria sex relata: 3, 53, 1. 2; ¶ sine ullo uulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt: 2, 9, 8.

B. additur alius numerus: summa erat capitum Heluetiorum milium ⟨*ego;* milia *X; edd.*⟩ CCLXIII, Tulingorum *milium **XXXVI**, Latouicorum ⟨*e*⟩ XIIII: I 29, 2; ¶ nostri, cum undique premerentur, **XLVI** centurionibus amissis deiecti sunt loco: VII 51, 1.

Sex. = Sextus. *In codd. x 3 locis, quibus hoc praenomen inuenitur, plene* (sextus) *uidetur scriptum esse; nam 2 locis* (2, 20, 7 *et* 28, 1) *Np. et Db. nullo codicum dissensu commemorato scripserunt* Sextus, *eo qui reliquus est loco* (1, 23, 2) *receperunt* Sex., *sed Db. testatur in codd. esse* Sextus (*in f* Sextius). *Np. duobus locis dicit in a exstare* Sextus.

Inditum est hoc praenomen Caesari 2, 20, 7, Quintilio Varo 1, 23, 2 *et* 2, 28, 1.

sexagies: (legem promulgauit, ut sexenni die ⟨*P. Manut.;* sexies seni dies *x;* sexagies senis diebus *Cuiac.*⟩ sine usuris creditae pecuniae *soluerentur: 3, 20, 4;) ¶ **HS LX** ⟨HS LX (*uel* H LX) *Nd;* h. l. ·/. *a;* h LX *hl;* LX *f*⟩, quod aduexerat Domitius atque in publico deposuerat, adlatum ad se a *IIIIuiris Corfiniensibus Domitio reddit: 1, 23, 4.

sexaginta. *Vno loco* (II 4, 5) *plene scriptum est et in α et in* β sexaginta; *reliquis (12) locis librarios usos esse numeri nota ex silentio editorum (Schn., Np., Fr., Db., Hold.) colligi posse uidetur.* (*Db.* II 28, 2 *scripsit* sexaginta, *reliqui* LX.) ¶ VII 3, 3 *in α exstat* centum LX; *quid in* β *scriptum sit nemo editorum dicit* (*Fr. et Db. h. l. receperunt* CLX). I 29, 2 *in X uidetur inueniri* CCLXIII, 3, 71, 1 *in x* DCCCCLX.

A. non additur alius numerus: (tantum nauium repperit, ut anguste XV milia ⟨**LX** cohortes *coni. Np.*⟩ legionariorum ⟨*e*⟩ militum . . . transportari ⟨*e*⟩ possent ⟨*u. CC*⟩: 3, 2, 2;) — de media nocte cohortes **LX** ex maximis castris praesidiisque deductas ad eam partem munitionum ducit, quae: 3, 62, 2; ¶ cum dierum iter **LX** ⟨LXVIIII *a*⟩ processerit: VI 25, 4; ¶ ipse cum reliquis copiis elephantisque **LX** lentius subsequitur: 2, 40, 2; ¶ duces hostium **LX** milia ⟨.LX. β; LX (*om.* milia) *α*⟩ ex omni numero deligunt: VII 83, 4; — Bellouacos . . . posse conficere armata milia centum; pollicitos ex eo numero electa ⟨lecta β; milia *add. B*²β⟩ sexaginta: II 4, 5; ex hominum milibus LX uix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: II 28, 2; haec ⟨*e*⟩ erant armata ⟨*e*⟩ circiter milia LX: V 49, 1; cum ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset circiter LX ⟨pas̄s̄ .LX. (.XL. *hl*) abe͞e͞t β⟩: V 53, 1; ¶ cognoscit **LX** naues, quae in Meldis factae erant, tempestate reiectas cursum tenere non potuisse . . .: V 5, 2; — quas (naues) postea Labienus faciendas curauerat numero LX ⟨XL *Db. errore*⟩: V 23, 4; ¶ antecedebat testudo pedum **LX**: 2, 2, 4; musculum pedes ⟨*recc.;* ped. *ahl;* pedum *f*⟩ LX ⟨XL *coni. Np.;* XX *Göl.*⟩ longum ex materia bipedali . . . facere instituerunt: 2,

10,1; ¶ scaphas nauium magnarum circiter LX cratibus pluteisque contexit: 3,24,1.

B. additur alius numerus: quod spatium est milium passuum ⟨*om.* β⟩ circiter centum **LX**: VII 3,3; ¶ summa erat capitum Heluetiorum milium ⟨*ego; milia X; edd.*⟩ **CCLXIII** ⟨CCLXIIII *A pr.*⟩: I 29,2; ¶ (summa omnium fuerunt ad milia **CCCLXVIII** ⟨CCC^{ta} LX. octo *A*⟩: I 29,3;) ¶ duobus his unius diei proeliis Caesar ⟨*e*⟩ desiderauit milites **DCCCCLX** et [notos] equites * * *: 3,71,1.

(sexcenarius, sexcenti *u.* **sesc.)**

sexennis: legem promulgauit, ut sexenni die ⟨*sic P. Manut.; sexies seni dies x; semisse in dies Lips.; J. F. Gronou.;* sex pensionibus *Ald.; sexies senis idibus Hotom.; sexagies senis diebus Cuiacius;* sex mensium die *Voss.*⟩ sine usuris creditae pecuniae *soluerentur: 3,20,4.

(sexies: 3,20,4 *u.* **sexennis.)**

Sextius. 1. P. Sextius Baculus *u.* **Baculus.**

2. T. Sextius: multis de causis Caesar maiorem Galliae motum exspectans per M. Silanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium ⟨sexcium *l*⟩ legatos dilectum habere instituit: VI 1,1; Caesar cum . . . hostium . . augeri copias ⟨*o*⟩ uideret, praemetuens suis ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit, ut cohortes ex ⟨*e*⟩ castris ⟨*e*⟩ celeriter educeret et sub infimo colle ab ⟨*e*⟩ dextro latere hostium constitueret, ut, si nostros loco depulsos ⟨*e*⟩ uidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret: VII 49,1. 2; hanc rursus XIII. legionis cohortes excepерunt, quae ex castris minoribus eductae cum T. Sextio legato ceperant locum ⟨*o*⟩ superiorem: VII 51,2; C. Antistium Reginum in Ambiuaretos ⟨*e*⟩, T. Sextium in Bituriges, C. Canium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit: VII 90,6.

sextus: sese subito proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei ⟨eiusd. diei *del. Ciacc.*⟩: 1,80,3.

Sextus *u.* **Sex.**

si. 1. in enuntiatis condicionalibus; A. non additur forte, modo, quidem, quod (si forte, si m., si quid., quod si); a) enuntiatum non est negatiuum; α) si c. ind. αα) praes.; 𝔄): hoc mortuo aut ⟨*om.* β; *Aim.*⟩ si qui ⟨quis *NA²h; Aim.*⟩ ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut si sunt plures pares ⟨pares plures β⟩, suffragio druidum ⟨adlegitur *add.* β⟩, non numquam etiam armis de principatu contendunt: VI 13,9; VI 19,3 (si . . . uenit) *u.* ββ); (at, credo, ⟨si *add. x; edd.; del. Ciacc.*⟩ Caesarem probatis, in ⟨*N; iam x*⟩ me offenditis: 2,32,10;) uos me imperatoris nomine appellauistis. cuius si uos paenitet, uestrum uobis beneficium remitto, mihi meum nomen restituite ⟨*af; restituite nomen hl; Db.*⟩: 2, 32,14.

𝔅): *at uero quid proficimus, si accepto magno detrimento ab oppugnatione castrorum discedimus? 2,31,3.

ℭ): uincite, inquit, si ita uultis, Sabinus: V 30,1; 2,32,14 *u.* **𝔄);** M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨*Lamb.;* delega *Med.;* uel tertiae legionis legatum *Manut.*⟩; si uis, tu ⟨*Lamb.;* delega, si uis; tu *edd. plur.*⟩ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad fam.* VII 5,2; ¶ proinde, si quid in nobis animi est ⟨est in n. an. β⟩, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt, atque hos latrones interficiamus: VII 38,8.

ββ) perf.: cum pater familiae inlustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt, et de morte si res in suspicionem uenit, de uxoribus in seruilem modum quaestionem habent, et si compertum est, igni ⟨*e*⟩ atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt: VI 19,3; late is locus restagnat; quem si qui ⟨sibi *af*⟩ uitare uoluerit ⟨uoluerunt *NOx;* uoluerint *Paul*⟩, sex milium circuitu in oppidum peruenit ⟨-niunt *Nhl; Paul;* peruenіet *V.*⟩: 2,24, 4; ac si, *ut* cogitata praeclare eloqui possent non nulli studio et usu elaborauerunt, huius ⟨*Jahn, Piderit;* cuius *codd.; rell. edd.*⟩ te paene principem copiae atque inuentorem bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus; hunc facilem et cotidianum nouisse sermonem nunc pro relicto est habendum ⟨*u. CC*⟩: *ap. Cic. Brut.* 253.

β) = **cognitio, notitia:** hominum et locorum notitia et usu eius prouinciae nactus aditus ad ea conanda: 1, 31, 2.

b) = utilitas, commodum; α) **subi.:** interire: 2, 16, 3 *u.* **A. a)**.

β) **obi.:** tarditate et grauitate nauium impediebantur: factae enim subito ex umida materia non eundem usum celeritatis habebant ⟨*Oud.*; habuerant *Oπ*⟩: 1, 58, 3; milites docuit, quantum usum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno atque opulento, simul reliquis ciuitatibus huius urbis exemplo *inferri terrorem: 3, 80, 5.

γ) **dat.:** usui esse *u.* **sum** *p. 2044 extr. et 2045 (18 loc.)*.

δ) **c. praep.:** ex usu esse (accidere) *u.* **ex** *p. 1187* **c)** *(4 loc.)*

c) = necessitas (Bedürfniss); α) **subi.:** usus (adest,) est (poscit) *u.* **sum** *p. 2007 uers. 13—20 (3 loc.)*; ¶ ut, si usus ueniat, suum quisque locum teneat et nouerit: VII 80, 1.

β) **c. praep. (ad):** ad usum pertinere: III 9, 3 *u.* **A. e)**; ¶ idoneus: V 42, 3 *ib.*; ¶¶ Pompeius . . . aeris magno pondere ad militarem usum in naues imposito . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; — largiri: VI 24, 5 *u.* **A. e)**; — nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1, 85, 7; ¶¶ hi miserrimo . . . exercitui ⟨*c*⟩ Caesaris luxuriem obiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum ⟨uictum *recc.*; *prob. Voss.*⟩ defuissent: 3, 96, 2.

[**Falso:** cum . . . omnes sine timore iter facerent usi ⟨O^2; usu π⟩ superiorum temporum . . . licentia: 1, 51, 2.]

Vsui esse ad bellum: I 38, 3; oppugnationem: 2, 35, 5; eam rem (eas res): IV 31, 2; VII 11, 5; — ad oppugnandum: II 12, 3; — ad bellum gerendum, *sim.*: II 9, 5; IV 29, 4; V 1, 4; VII 41, 3; 1, 19, 1; ¶ **usus in castris:** I 39, 5; in re militari: I 39, 2; 2, 34, 4; — **usus belli:** IV 1, 6; 20, 4; eius generis proeliorum: 3, 84, 3; prouinciae: 1, 31, 2; rei militaris: VI 40, 6; 3, 110, 1. 6; rerum nauticarum: III 8, 1; — Britanniae: 1, 54, 1; celeritatis: 1, 58, 3.

Adiect.: ((ali)qui: VII 55, 7;) cotidianus: IV 33, 3; (idem: 1, 58, 3;) magnus *u.* **magnus** *p. 529 (10 loc.)*; militaris: VI 39, 2; 3, 103, 1; necessarius: 3, 96, 2; nullus: VI 40, 6; 2, 7, 1; 3, 45, 6; omnis: III 14, 7; quantus: 3, 80, 5.

ut, uti. I. Forma: uti ab: I 31, 4; II

35,1; IV 6,3; V 17,2; ad: III 18,2 ⟨ut β⟩; IV 11,2; V 48,3 ⟨ut *Q*⟩; VI 20,1; 3,11,1; 23,3 ⟨ut *l*⟩; 73,6; aduersariorum: 3,40,2; aliquem: I 34,1; aliqui: V 26,4 ⟨ut β⟩; amitteretur: 3, 101,3; ante: 1,2,6; aut: I 47,1; VI 15,1; auxilia: VI 10,1 ⟨ut α⟩; uti capiant ⟨ut copiam β⟩: III 18,7; Caesari: I 41,3; castra: 3,85,2; coactis: V 22,1; conquirerent: I 28,1; corporis: 2,31,6; de: IV 19,2; dictum: I 49,3; duae: 2,37,4; ea: I 14,6; 31,2; II 2,3; eadem: III 22,4; eandem: II 16,3; earum: II 4,3 ⟨ut *l*⟩; eo: 1,85,4; eodem: I 5,4; eos: I 52,1 ⟨ut β⟩; equitatu: 1,63,2; et: I 20,5; IV 5,2 ⟨ut β⟩; eum: 1,6,2; ex: IV 23,3 ⟨ut β⟩; V 23, 3; 1,6,3; exercitus: 3,86,1; exploratis ⟨ut α⟩: IV 21,2; fierent: 3,108,3; frumento: I 48,2; hoc: VII 29,4; in: III 1,3; IV 33,3 ⟨ut *fhl*⟩; V 4,2 ⟨ut β⟩; 6,4 ⟨ut *M*β⟩; V 7,3 ⟨ut α*(f?)*⟩; instituerat: VI 3,4 ⟨ut α⟩; inter: I 9,4; 15,5 ⟨ut *af*⟩; ipse: 1,70,4; Litauiccus: VII 37,7 ⟨ut α⟩; ne: 3,56,1; numerus: VII 35,3 ⟨ut β⟩; obsides: I 14,7; omnes: I 31,11; 3,102,2; omnibus: III 22,2 ⟨ut α⟩; omnino: V 51,5 ⟨ut β⟩; opinione: IV 16,7 ⟨ut β⟩; opus: III 29,2 ⟨ut β⟩; optime: I 45,1; pabulatione: 3,43,3; pars: VII 32,5; per: I 41,3 β; 1,9,6; pertinacia: I 42,3; Petreius: 1,38,2; potestatem: IV 11,2 ⟨ut α⟩; quam: V 1,1; quicumque: I 35,4; rei; IV 23,5 ⟨ut α⟩; se: 1,22,5; sibi: I 30,4 ⟨ut *A*⟩; 31,1; spe: 2,31,8 ⟨*ego;* ut ipse *x*; *edd.*⟩; suae: II 21,2; (supra: I 24,2;) II 1,1; toti: I 30,3; totius: I 20,4 ⟨ut β⟩; tuto: 3,112,6; uno: 2,14,2; unus: 2,35,1.

ut *exstat in omnibus codd. ante litteras* **a** *55 locis (praeterea* (*in* α V 54,4,) *in* β VII 72, 4); **b** *3 locis;* **c** *49 (51) locis (praeterea* (*in* α VII 81,4,) *in* β I 50,2; **d** *32 (33) locis (praeterea in* β VI 18,2); **e** *71 locis (praeterea* (*in* α VII 14,3,) *in* β I 43,4); *omiss. in hl* 3,49,4; **f** *16,* **g** *3 locis;* (*omiss. in AM*β II 1,3;) **h** *6 locis* (*praeterea in* α V 47,4); **i** *70 locis (praeterea in* β I 44,8; II 6,3; III 4,1; (*in x* 3,19,1);) **j** *8 locis;* **l** *10,* **m** *38 locis* (*praeterea in* β VII 65,5); **n** *53 locis (praeterea in* β VI 43,6; (*in X* VI 43,4, *in x* 2,9,2); **o** *15,* **p** *68,* **q** *38 locis (praeterea in* β V 33,1 *et* VII 8,3, (*in* α I 39, 5 *et* III 4,2, *in af* 2,15,2); **r** *23 locis (praeterea in* α III 4,1; (*in af* 1,25,1);) **s** *110 (111) locis, praeterea in* β IV 35,1, (*in* α VI 9,7,) (*in x* 1,58,1); **t** *21,* **u** *7,* **v** *16 locis.*

II. Signifie.; 1. aduerb.; A. notione relatiua; a) aduerb. modi; α) nihil significat nisi modum (= quem ad modum); αα) additur uerbum: ut accidit, ut tum accidit *u.* **accido** *p. 74 extr. et p. 75 (6 loc.);* ¶ ut aestimatur: V 13,2 *u.* existimatur; ¶ Roucilli atque Egi familiares . . . cuncta, ut erant acta ⟨gesta *N*⟩, exposuerunt: 3,79,6; ¶ Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Heluetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciuerit: I 4,4; ¶ nostri, ut ⟨*om. Fr.*⟩ superioribus diebus suus ⟨β; ut α; *Np., Fr., Hold.; om. Db.;* uni *recc.; pr. edd.*⟩ cuique erat locus ⟨loc. er. *af*⟩ attributus, ad munitiones accedunt: VII 81,4; ¶ confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris, ut ex captiuo audierant, nullum esse intus praesidium: VI 37,9; ¶ non omnes ⟨*c*⟩, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, conuocandos statuunt, sed: VII 75,1; ¶ alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad . . . carros suos se contulerunt ⟨*u. CC*⟩: I 26,1; ¶ quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitauissent ⟨optauissent *Dauis.;* flagitauissent *Markl.*⟩, ne . . . opinionem fallerent: 3,86,5; ¶ ut cognouit, cognitum est, cognosci potuit *u.* **cognosco** *p. 571* 1. *(5 loc.);* ¶ ut comperit, compertum est *u.* **comperio A.** *p. 619 (3 loc.);* ¶ Vercingetorix copias ⟨suas *add.* β; *Schn.*⟩, ut pro castris conlocauerat, reduxit: VII 68,1; ita fastigate ⟨*c*⟩ atque ordinatim † structo ⟨tecto *add. Oud.*⟩, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus ⟨in lateribus *x*⟩ *et* luto musculus ⟨*c*⟩ . . . contegitur ⟨*u. CC*⟩: 2,10,5; ¶ prima et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat: 1,41,4; — ut constituerat, erat constitutum *u.* **constituo B. c) α)** *p. 687 (4 loc.);* ¶ (discedens . . . Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat ⟨instituerat β⟩, legatis imperat, . . . uti: V 1,1;) reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut ⟨in *BM*¹⟩ consueuerat, misit: VII 35,3; (hi de sua salute desperantes, ut extremo uitae tempore homines facere consuerunt, . . suam mortem miserabantur: 2,41,8;) mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16,3; ¶ multa suppliciter locutus *est*, ut de sua atque omnium salute debebat: 3,19,3; ¶ ut (ante(a), supra) demonstrauimus, demonstratum est *u.* **demonstro A.** *p. 856 sq. (18 loc.);* ¶ (differendum est, inquit, iter . . . et de proelio cogitandum, sicut ⟨*Ald.;* si ut *codd.*⟩ semper depoposcimus. animo simus ⟨*Ald.;* sumus *codd.*⟩ ad dimicandum parati: 3,85,4;) ¶ (praeteruectas . . . naues uiderant, † ipsi iter secundum eas terra ⟨terras *x*⟩ derexerant ⟨uiderant ipsi, ut iter secundo austro derexerant

Paul⟩: 3, 30, 1;) ¶ de quarta uigilia, ut dixerat, profectus est: I 41, 4; ut(i) (paulo ante, supra) diximus, dicebatur, dictum est (erat, esset) *u.* **dico 2. B. a)** *et* **E. a)** *p. 888 et 890 (8+2 loc.);* ¶ Caelius profectus, ut dictitabat, ad Caesarem peruenit Thurios: 3, 22, 3; ¶ exploratores hostium, ut ⟨*om. BM*⟩ omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes . . . ab nostris opprimuntur: VII 61, 1; ¶ interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treueris imperium defertur: VI 2, 1; ¶ aedificio circumdato silua, ut sunt fere domicilia ⟨aedificia β⟩ Gallorum, . . . sustinuerunt: VI 30, 3; milites disponit non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis uigiliis: 1, 21, 3; Caesar significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex praesidiis eodem uenit: 3, 65, 3; ¶ qua ex parte est Hibernia ⟨*c*⟩, dimidio minor, ut existimatur ⟨aestimatur *b; Np.;* ut exist. *spuria uidentur Vielh.*⟩, quam Britannia: V 13, 2; ¶ ut fecissent, facere consuerat (-runt), fecerint (-rant), faciendum existimabat *u.* **facio** *p. 1273 (6 loc.);* ¶ huius est longitudo lateris, ut fert illorum ⟨eorum fert β⟩ opinio, septingentorum milium: V 13, 5; a medio fere colle in longitudinem ⟨*c*⟩, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis . . . murum . . . praeduxerant: VII 46, 3; uenerant eo . . . equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo: 1, 51, 1; inde, ut loci cuiusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione circumuallare Pompeium instituit: 3, 43, 2; ¶ ut flagitauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ ut impera(ue)rat, imperatum est (erat) *u.* **impero 1. A. a)** *p. 74 (11 loc.);* ¶ concilio Galliae primo uere, ut ⟨uti β⟩ instituerat, indicto . . . concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; frumentoque exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est: VI 44, 3; — (V 1, 1 *u.* consuesse;) ¶ illi ante inito, ut intellectum est, consilio . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2; ¶ nostri ueterani ⟨*del. Paul;* ut erant iussi *Nitsche*⟩ in portum refugiebant: 3, 24, 2; ¶ quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, . . . ob octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5; ¶ ut optauissent: 3, 86, 5 *u.* cogitauissent; ¶ armorum magna multitudine . . . in fossam . . . iacta . . . et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum ⟨compertum β⟩ est, celata atque in oppido retenta . . . pace sunt usi: II 32, 4; ¶ (id uero militibus fuit pergratum et iucundum, ut ex ipsa significatione cognosci potuit: 1, 86, 1;) ¶ ut postulabat (-arent) *u.* **postulo** *p. 1153 sq.* **B. d)** *(4 loc.);* ¶ ut erat praeceptum *u.* **praecipio B. a)** *p. 1160 (5 loc.);* ¶ amici regis . . . siue timore adducti, ut postea praedicabant, sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam . . . occuparet, siue despecta eius fortuna . . . palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ neque uero Caesarem fefellit, quin ab iis ⟨*c*⟩ cohortibus . . . initium uictoriae oreretur ⟨*c*⟩, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiauerat: 3, 94, 3; ¶ ad conloquium non admittitur castigato Scipione a Fauonio, ut postea confecto bello reperiebamus: 3, 57, 5; ¶ quae castra, ut fumo ⟨ex fumo β⟩ atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant: II 7, 4; ¶ ut uideba(n)tur *u.* **uideor B. a) α) αα)** *p. 2316 sq. (5 loc.).*

ββ) subaudiendum est uerbum: VI 30, 3 *u.* **αα)** esse; VII 35, 3 *ib.* consuesse; (VII 81, 4 *ib.* attribuere;) in se iura magistratuum commutari, ne ex praetura et consulatu, ut semper, sed ⟨*Ald.;* fit *af;* sit *hl*⟩ per paucos probati et electi in prouincias mittantur: 1, 85, 9; 3, 19, 3 *u.* **αα)** debere; *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3 *ib.* consuesse.

β) et modum et causam significat (= quandoquidem); αα) non additur pronom. relat.; 𝔄) ut c. uerbo; a) c. indic.: turmis . . equitum et cohortibus uisis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec decliuia et deuexa cernebantur, hostes ⟨*CC*⟩ proelium committunt: VII 88, 1; ¶ celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum ⟨*c*⟩ numero non nullos ⟨*c*⟩ Gallicis rebus fauere natura cogebat: VI 7, 7; ¶ (ita ⟨*om.* α; *plur. edd.*⟩ ut intra siluas aciem ordinesque ⟨ita *add.* α⟩ constituerant atque ipsi sese confirmauerant, subito . . . prouolauerunt: II 19, 6;) ¶ tanta fuit in castris capiendis ⟨*o*⟩ celeritas, ut Teutomatus ⟨*c*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut ⟨ubi *N*⟩ meridie conquieuerat, superiore corporis ⟨*o*⟩ parte nudata ⟨*c*⟩ . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5; ¶ legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte acie ⟨*c*⟩ constiterant, pilis emissis . . . Atrebates . . . in flumen compulerunt: II 23, 1; ¶ hic dies . . . hunc habuit euen-

tum, ut . . . maximus numerus hostium uulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso uallo constipauerant recessumque primis ultimi non dabant: V 43, 5; ¶ (ut constituerant: II 19, 6 *u.* confirmauerant;) ¶ horum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent: III 8, 3; singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant, ut est summae genus sollertiae atque ad omnia imitanda et efficienda . . . aptissimum: VII 22, 1; haec procul ex oppido uidebantur, ut erat a Gergouia despectus in castra: VII 45, 4; postea uero, ut est rerum omnium magister usus hominum adhibita sollertia, inuentum est magno esse usui posse, si: 2, 8, 3; omnia enim flumina . . . obstruxerat, atque ut ⟨*om. Nhl; ubi FHofm.*⟩ erant loca montuosa et † ad specus angustiae uallium, has sublicis in terram demissis ⟨*c*⟩ praesaepserat: 3, 49, 4; ¶ amici regis . . . siue timore adducti . . . siue despecta eius fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exsistunt, iis ⟨*c*⟩, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; ¶ ut erat meritus: 3, 53, 5 *u.* α) αα) mereri; ¶ haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter praedicant: 2, 39, 4; ¶ (eorum aduentu, quod ⟨ut β⟩ minus idoneis equis utebantur, a tribunis militum reliquisque [sed et] equitibus Romanis atque euocatis equos sumit Germanisque distribuit: VII 65, 5.)

b) c. particip.: alteram nauem . . . pluribus adgressus nauibus . . . ut ⟨et *Pinellus*⟩ ex superiore ⟨*c*⟩ pugnans loco integrosque semper defatigatis submittens et reliquis partibus . . . moenia oppidi temptans, uti aduersariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

𝔅) ut c. subst.: ut ⟨at *N; Schn.*⟩ in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur: VI 34, 7; — haec atque eiusdem generis complura ut ab hominibus doctis magna cum misericordia fletuque pronuntiantur: 2, 12, 4 (*Np.* 5).

ββ) ut qui *u.* **qui I. 2. A. b) β)** *p. 1498 extr. et 1499 (3 loc.).*

γ) cum notione modi coniuncta est uis restringendi: quorum (Vbiorum) fuit ciuitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum: IV 3, 3; — reliqua, ut poterant, incommoda per se sustinebant: 3, 9, 5; ¶ Curio . . . unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus proximos colles capere uniuersos . . . iubet: 2, 42, 1.

δ) cum notione modi coniuncta est uis concessiua: ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et ⟨*om. af;* paucis et *delend. censet Paul*⟩ labore confectis studium ad pugnandum uirtusque deerat: 2, 41, 3.

b) aduerb. comparationis; α) non additur quisque; αα) aduerbio ut respondet alia comparandi particula; 𝔄) antecedit particula ut; a) ut . . . ita *u.* **ita** *p. 350 extr. et 351 (4 loc.).*

b) ut . . . sic *u.* **sic B. c) β)** *p. 1868 (5 loc.).*

𝔅) sequitur particula ut; a) ita (. . .) ut *u.* **ita 3. B.** *p. 351 sq. (5 loc.).*

b) item ut: ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo ⟨-ma *l*⟩ tecta extremis lateribus instruebant: 2, 9, 7.

c) sic . . . ut: prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum non ab hoste, sed ab homine amicissimo [Ambiorige] consilium datum, longissimo agmine maximisque impedimentis: V 31, 6.

ββ) non respondet alia particula comparatiua; 𝔄) ut = tamquam; a) ut c. subst.: perpessos (se) omnium rerum inopiam, nunc uero paene ut feras ⟨*Vossius;* feminas *z*⟩ circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu: 1, 84, 4; ¶ (quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate, qui se ipse sine ⟨ipse sine *Th. Bentl.;* ipse ut *Kran.; Dt.*[1]; ipsum *codd.; Schn, Fr., Db.*⟩ munitione defenderet: VII 20, 3;) ¶ quod se Cebenna ut muro munitos existimabant: VII 8, 3; ¶ haec insula . . . a superioribus *regibus in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere ut ⟨*H. Schiller; *et z; edd.;* ang. it. et ponte *del. Schambach*⟩ ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2; ¶ ab eius ⟨?⟩ summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β; que *om. Aim.; Steph.*⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ (atque ut ⟨*om. Nhl; ubi FHofm.; RMenge*⟩ erant loca montuosa et † ad ⟨ut *RMenge*⟩ specus angustiae uallium, has . . . praesaepserat: 3, 49, 4;) ¶ tantam uirtutem praestiterunt, ut . . . his deiectis et coaceruatis cadaueribus qui superessent ut ⟨*del. Polle*⟩ ex tumulo tela in nostros coicerent et pila intercepta remitterent: II 27, 4.

b) ut c. pte.: quod flumen Dubis ⟨*c*⟩ ut circino circumductum paene totum oppidum cingit: I 38, 4; ¶ ut re confecta

omnes curam et diligentiam remittunt: 2, 13, 2; — qua re concessa laeti ut explorata uictoria . . . ad castra pergunt: III 18, 8.

2) **ut = aeque atque:** (interesse rei publicae et ⟨ut *z*⟩ communis salutis se cum Pompeio conloqui: 1, 24, 5;) ¶ (in Britannia) materia cuiusque generis ut in Gallia est praeter fagum atque ⟨*c*⟩ abietem: V 12, 5; ¶ prouinciam suam hanc esse Galliam, sicut ⟨ut β⟩ illam nostram: I 44, 8.

β) **ut quisque** *u.* **quisque** *p. 1578 γγ) et p. 1579 δδ) (2 (3)+2 (+3) loc.).*

c) **particula ut adfertur exemplum:** (spatia ⟨spatium β⟩ omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; ⟨ut *add.* β⟩ dies natales et mensium et annorum initia sic obseruant ⟨obseruent Aa^1⟩, ut noctem dies subsequatur: VI 18, 2;) dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem . . .; ut M. Calidius, qui censebat . . .; ut M. Rufus, qui . . . sequebatur: 1, 2, 2—4.

B. notione interrogatiua: commemorat, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar, ut magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum suam fecerit: 2, 32, 1; ¶ docebat ⟨*c*⟩ etiam, . . . quae senatus consulta . . . in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent: I 43, 7; ¶ postea quam in uulgus militum elatum est, qua adrogantia in conloquio Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset impetumque ut ⟨*add. Paul*⟩ in nostros eius equites fecissent eaque res conloquium ⟨ut *add.* α; *edd.; om.* Q^2β⟩ diremisset: I 46, 4; ¶ facile erat ex castris C. Trebonii . . . prospicere in urbem, ut omnis iuuentus . . . omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent: 2, 5, 3.

2. coniunctio; A. ut est coniunctio temporalis; a) c. indic.; α) perf.: ubi ⟨ut B^2β⟩ eo uentum est, Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemorauit ⟨*c*⟩: I 43, 4; (quos (Suebos) ubi ⟨Vbii *Rhenanus; Schn.*⟩ qui proximi Rhenum incolunt, ⟨ut *add. Schn.*⟩ perterritos senserunt ⟨*del. Rhenanus*⟩, insecuti magnum ⟨*o*⟩ ex iis ⟨*c*⟩ numerum occiderunt: I 54, 1;) Caesar, ut Brundisium uenit, contionatus apud milites . . . naues soluit: 3, 6, 1 (2); nam ut ⟨quae *add. Hartz*⟩ ad mare II ⟨*Forchh.;* nostrae *z; Np.*⟩ cohortes nonae legionis excubuerant ⟨excubiae erant *Madu.;* excubabant *Paul*⟩, accessere ⟨abscessere, *Hartz*⟩ subito prima luce Pompeiani ⟨exercitus aduentus exstitit *add. z; Hartz; del. Np.; edd.*⟩: 3, 63, 6; sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum uidit atque eam partem . . . perterritam animum aduertit, aliis quoque ⟨*c*⟩ diffisus acie excessit: 3, 94, 5.

β) **ppf.:** ut . . conquieuerat: VII 46, 5 *u. p. 2390* β) conquiescere.

b) **c. coni. (or. obl.):** Ariouistum ⟨-tus *M*β⟩ autem, ut semel Gallorum copias proelio uicerit, . . . superbe et crudeliter imperare: I 31, 12.

B. ut est coniunctio finalis; a) totum enuntiatum finale aduerbii locum obtinet; aa) non antecedit aduerbium, quo pertineat coniunctio ut; α) ut c. coni. praes.; in enuntiato primario inuenitur αα) uerb. finit.; 2) ind. praes.: Dumnorigi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur scire possit: I 20, 6; omnes euocat ⟨*c*⟩ spe praedae ad diripiendos Eburones, ut potius in siluis Gallorum uita quam legionarius miles periclitetur ⟨periclitaretur β⟩, simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore stirps ac nomen ciuitatis tollatur: VI 34, 8; leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit, ut sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios: VII 4, 10; plebemque ⟨*c*⟩ (Conuictolitauis) ad furorem impellit, ut facinore admisso ad sanitatem reuerti pudeat ⟨pudeat reuerti β⟩: VII 42, 4; accelerat Caesar, ut proelio intersit: VII 87, 5; in duas partes sese distribuunt, alii ut praedae praesidio sint, alii ut uenientibus resistant atque eos propellant: 1, 55, 2; multa huc minora nauigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur: 1, 56, 2; paulum ex eo loco degreditur, ut timorem aduersariis minuat ⟨muniat $O^2a^1l^1$⟩: 1, 72, 4; lente . . . proceditur crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt; ut tum accidit: 1, 80, 1; conatur tamen eos uallo fossaque circummunire, ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur: 1, 81, 5; hoc opus . . . ad turrim hostium admouent, ut aedificio iungatur: 2, 10, 7; ab utroque portus cornu moles iacimus, ut aut illum ⟨illum aut *coni. Wsbg.*⟩ quam primum traicere quod habet Brundisii copiarum cogamus aut exitu ⟨*c*⟩ prohibeamus: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1.

2) **coni. praes.:** quorum (consiliorum) eos in uestigio paenitere necesse est, cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ⟨cum incerta, ut eorum auribus seruiant, et plerumque *Ciacc.*⟩ ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3; cum bellum ciuitas . . .

infert, magistratus, qui ei bello praesint et ⟨*Ciacc.*; ut *X*; *edd.*⟩ uitae necisque habeant potestatem, deliguntur: VI 23, 4;) Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium belli ⟨*o*⟩ capere possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5; (equitibus imperat, ut quam latissime possint ⟨possent *AQ*; *Schn.*⟩ uagentur et ⟨ut *bhl*⟩ quam maximum hostibus terrorem inferant: VII 8, 3;) a te peto . . ., ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A*; tu uelim mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consueui, in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

𝔊) imper.: haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20, 8; proinde ad praedam, ad gloriam properate, ut iam de praemiis uestris et de referenda gratia cogitare incipiamus: 2, 39, 3.

(𝔇) ind. impf.: mandabant, ut . . . deferrentur ⟨-erantur β⟩: VII 17, 8 *u.* β) αα) 𝔊) a) aa).)

ββ) uerb. infin. (ptc. pf.): Caesar omni exercitu ad utramque partem munitionum ⟨*c*⟩ disposito, ut, si usus ueniat, suum quisque locum teneat et nouerit, equitatum . . . educi . . . iubet: VII 80, 1.

β) ut c. coni. impf.; in enuntiato primario inuenitur αα) uerb. finit.; 𝔄) praes.; a) (histor.) indic.; aa): frumentum omne . . . comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3; legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent: I 9, 2; (II 27, 2 *u.* 𝔊) b);) utrique sese ⟨*c*⟩ suo loco continent: Galli, quod . . . exspectabant; Caesar, si forte . . . hostes in suum locum elicere posset, ut citra uallem pro castris proelio contenderet, si id efficere ⟨*c*⟩ non posset, ut exploratis itineribus minore cum ⟨*c*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3; (VI 34, 8 *u.* α) αα) 𝔄);) in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant, ut, si quid ⟨*c*⟩ etiam de sua salute ab Haeduis iniretur consilii, celeritate praecurreret: VII 9, 4; ea qui conficeret C. Trebonium legatum relinquit, ipse ut quam primum iter faceret ⟨conficeret β; *Schn.*⟩; Cenabum Carnutum proficiscitur: VII 11, 3; uallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut ⟨*del. Paul*⟩ intra munitionem et ⟨ut *a*; *Paul*⟩ sine timore et sine stationibus aquari possent: 1, 73, 3; huc equitatum mittit, ut diriperet atque haberet loco praedae: 2, 25, 3; equites sequi iubet sese iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset: 2, 39, 6; expositis militibus naues . . . remittuntur, ut reliquae legiones equitatusque transportari possent: 3, 8, 1; castra . . ad flumen Apsum ⟨*c*⟩ ponit in finibus Apolloniatium, ut castellis uigiliisque bene meritae ciuitates tutae essent ⟨praesidio *add. codd.*; *del. P. Manut.*; uicisque b. mer. ciuitatis ut esset praesidio *Paul*⟩: 3, 13, 5; 15, 7 *u.* C. a) bb) γ) αα) 𝔄); praemissis . . . impedimentis . . . egreditur, ut, si qua esset imposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret: 3, 77, 1; (109, 6 *u.* 𝔅) a) aa).)

bb): reliquas copias Heluetiorum ut consequi posset, pontem in Arari ⟨*c*⟩ faciendum curat: I 13, 1; initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere uideretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert: VI 3, 4; sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis . . . rescindit . . . constituit . . . ponit . . . firmat: VI 29, 2; cum legati ad eum uenissent oratum, ut . . . suae . . uitae consuleret, ut celeritate reliquas res conficeret, . . . arma conferri ⟨*c*⟩, equos produci, obsides dari iubet: VII 12, 3; simul, ut deminutae ⟨*c*⟩ copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus: VII 31, 4; his rebus confectis Caesar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; lateribus ⟨*c*⟩ *et* luto musculus ⟨-lis *af*⟩, ut ab igni, qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur: 2, 10, 5.

(b) coniunct.: reuertantur, ut . . . possint ⟨β; *Np.*; possent α; *rell. edd.*⟩: VI 33, 5 *u.* α) αα) 𝔅).)

𝔅) perf.; a) indic.; aa): (signa intulit) prima et secunda acies, ut uictis ac submotis resisteret, tertia, ut uenientes sustineret: I 25, 7; 48, 3 *u.* C. a) bb) γ) αα) 𝔅); Caesar praesidium ⟨*c*⟩ . . . reliquit, omnes ⟨*o*⟩ alarios in conspectu hostium . . . constituit, . . . ut ad speciem alariis uteretur: I 51, 1; Caesar singulis legionibus singulos legatos . . . praefecit, uti ⟨ut β⟩ eos testes suae quisque uirtutis haberet: I 52, 1; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos . . . Romanis daretur: III 19, 1; Germani frequentes . . . in castra uenerunt, simul . . . sui purgandi ⟨*o*⟩ causa, simul ut, si quid possent, de indutiis fallendo impetrarent: IV 13, 5; milites ⟨*c*⟩ equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur: V 10, 1; (V 30, 1 *et* VII 28, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) 𝔅);) fossamque du-

plicem . . . a maioribus castris ad minora perduxit, ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent: VII 36, 7; pares ⟨*c*⟩ eiusdem generis munitiones . . . contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine . . . munitionum praesidia circumfundi possent: VII 74, 1; has trabes ⟨*c*⟩ paulo longiores . . . quam extremi parietes erant effecerunt ⟨-rant *a*; *Np.*, *Db.*⟩, ut esset ubi tegimenta praependere possent: 2, 9, 3; Vibullius ⟨*c*⟩ . . . necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem . . . ideo ⟨*edd. uett.*; eidem *x*⟩ . . . ad Pompeium contendit, ut ⟨*Ofl corr.*; et *ahl*¹; *edd.*⟩ adesse Caesarem nuntiaret ⟨*x*; nuntiauit *Np.*; *Dt.*; nuntiat *Db.*⟩: 3, 11, 1; idoneis locis funditores instruxit, ut praesidio nostris se recipientibus essent: 3, 46, 2; Pompeiani . . . crates . . pro munitione obiectas propulerunt, ut fossas transcenderent ⟨et foss. transcenderunt *Ciaco.*⟩: 3, 46, 3; ad eum (Ptolomaeum) Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur: 3, 103, 3; quo facto regem ut ⟨*om. N*⟩ in sua potestate haberet Caesar effecit ⟨*edd. uett.*; efficit *x*; *edd.*⟩ magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans et ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muro obiectas haberet neu dimicare inuitus cogeretur: 3, 112, 8; *cf. infra* ββ) ℜ) a) bb).

bb): tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites . . . conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; tum demum Ariouistus partem suarum copiarum, quae ⟨ut β⟩ castra minora oppugnaret ⟨-rent *bhl*⟩, misit: I 50, 2; (II 27, 2 *u.* ℭ) b);) quos Caesar, ut in miseros ac supplices usus misericordia uideretur, diligentissime conseruauit: II 28, 3; 3, 94, 6 *u.* C. a) bb) γ) αα) ββ).

b) coni.: omnes officium suum praestitisse: *se*, qui etiam bona condicione . . . confligere noluerit ⟨*Ald.*; noluerint *x*⟩, ut quam integerrima essent ad pacem omnia: 1, 85, 2.

ℭ) impf.; a) indic.; aa): sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae . . . uim fluminis exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si . . . naues ⟨*CC*⟩ . . . essent a barbaris *immissae, his defensoribus earum rerum uis minueretur neu ponti nocerent: IV 17, 10; prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur, alias ut situm castrorum cognosceret, alias conloquendi aut territandi causa: V 57, 3; hunc cum reliquis rebus locum probarat ⟨probaret *Q*¹; probabat β⟩, tum ⟨*c*⟩ quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5; ut in eius modi difficultatibus quantum diligentia prouideri poterat prouidebatur, ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur ⟨omitteretur β⟩, etsi omnium animi ad ulciscendum ⟨*c*⟩ ardebant, quam cum aliquo militum detrimento noceretur ⟨noceret *AQ*⟩: VI 34, 7; haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant, ut per eos ad Caesarem deferrentur ⟨deferantur β; -untur *h*¹⟩: VII 17, 8; turres . . . ad opera Caesaris adpellebat ⟨*c*⟩, ut rates perrumperet atque opera disturbaret: 1, 26, 1; augebantur ⟨*c*⟩ illis copiae ⟨*c*⟩ atque . . . cohortes . . . crebro submittebantur, ut integri defessis succederent: 1, 45, 7; multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne euentum belli exspectasse aut ⟨ut *fhl*⟩ ex omnibus nouissimi uenisse uiderentur: 1, 53, 3; hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.*; intra se recipiebant *codd.*; intrasse cupiebant *EHoffm.*; hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩, ut equitatum effugerent Caesaris praesidiisque in angustiis conlocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Hiberum copias traducerent: 1, 65, 4; Caesari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transire posset: 3, 30, 4; dictitabant enim se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta praescriptione rem turpissimam tegerent: 3, 32, 4; ex hoc (genere radicis) effectos panes . . . uulgo in eos iaciebant, ut spem eorum minuerent: 3, 48, 2; his de causis uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ad opprimendos aduersarios ne occasioni ⟨*c*⟩ temporis deesset: 3, 79, 1.

bb): non nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem uitarent, remanebant: I 39, 3; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur, parati in armis erant: II 9, 1; quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8, 2; Pompeius autem, ut famam opinionemque hominum teneret, sic ⟨*c*⟩ pro castris exercitum constituebat, ut: 3, 56, 2.

b) coni.: Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra uisae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros exspectabat: I 22, 3; hostes . . . constituerunt optimum esse domum

suam quemque reuerti et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent ⟨-ire *Manut.*⟩, ut potius in suis quam in alienis finibus decertarent et domesticis copiis rei frumentariae uterentur: II 10, 4; tanta rerum commutatio est facta, ut nostri . . . proelium redintegrarent, ⟨tum *add.* α; *edd.*⟩ calones . . . etiam inermes armatis occurrerent ⟨-erunt α; *Fr., Db., Dt., Hold.*⟩, equites uero, ut turpitudinem fugae uirtute delerent, omnibus in locis † pugnant ⟨pugnae β; pugnarent *Oud.*; pugnando *Weissenb.*; pugnarunt *Vielh.*; *Dt.*⟩ quo ⟨*om.* β; pugnant quo *del. Np.*⟩ se legionariis militibus praeferrent: II 27, 2; huc postero die quam frequentissimi conuenirent, ut de eorum postulatis cognosceret: IV 11, 5; ad T. Sextium legatum . . . misit, ut cohortes . . . celeriter educeret et sub infimo colle . . . constitueret, ut, si nostros loco depulsos ⟨*c*⟩ uidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret ⟨deterr. *Paul*⟩: VII 49, 2; lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis, comica ut aequato uirtus polleret honore cum Graecis neue ⟨*Roth*; neque *codd.*; neque in *edd.*⟩ hac despectus parte iaceres! *ap. Suet. uit. Terent.* 5.

D) ppf.; a) indic.: probarat: VI 32, 5 *u.* C) a) aa); piscatoriasque (naues) adiecerant atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti: 2, 4, 2; (9, 3 *u.* B) a) aa);) hiemare Dyrrachii ⟨*c*⟩, Apolloniae ⟨*c*⟩ omnibusque oppidis maritimis constituerat, ut mare transire Caesarem prohiberet, eiusque rei causa omni ora maritima classem disposuerat: 3, 5, 2; has (angustias uallium) sublicis in terram demissis ⟨*c*⟩ praesaepserat terramque adgesserat ⟨*c*⟩, ut aquam contineret ⟨-rent *hl*; *V*⟩: 3, 49, 4; duplicem . . . fecerat uallum, ut, si ancipiti proelio dimicaretur, posset resisti: 3, 63, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius Romam ⟨*c*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur, . . . alterae: 3, 108, 4.

b) coni.: utrum auertendae suspicionis causa Pompeius proposuisset (illud edictum), ut quam diutissime longioris fugae consilium occultaret, an nouis dilectibus . . . Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat: 3, 102, 3.

ββ) uerb. infinit.; A) infin.; a) praes.; aa): hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne . . . traiectu intercluderetur: 2, 20, 1.

bb) constituerunt . . . sementes quam maximas facere, ut ⟨*in a sup. lin.*⟩ in itinere copia frumenti suppeteret: I 3, 1; Caesar . . . commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios ⟨*c*⟩ milites . . . imponere, ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: I 42, 5; (II 10, 4 *u.* αα) C) b);) necessarium esse existimauit de repentino aduentu Caesaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset: 3, 11, 1; Rutilius Lupus . . . Isthmum ⟨*c*⟩ praemunire instituit, ut Achaia Fufium prohiberet: 3, 55, 2; conati sunt praefectum equitum C. Volusenum interficere, ut postea bello confecto cognitum est, ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium uiderentur: 3, 60, 4.

b) futur.; aa) act.: se . . . proxima nocte de quarta uigilia castra moturum, ut quam primum intellegere posset, utrum apud eos . . . plus ⟨*c*⟩ ualeret: I 40, 14.

bb) gerund.: Caesar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius quam essent maiores eo coactae copiae dimicaret: VII 56, 1; erant qui censerent . . . in castra Cornelia recedendum, ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur, simul ⟨ut *add. RMenge*⟩, si quid grauius accidisset, magna multitudine nauium et tutius et facilius in Siciliam receptus daretur: 2, 30, 3; ad Scipionem properandum sibi existimabat: si Caesar iter illo haberet, ut subsidium Scipioni ferret; si ab ora maritima . . . discedere nollet, . . . ipse ut omnibus copiis Domitium adgrederetur: 3, 78, 6.

c) perf.: se non maleficii causa ex prouincia egressum, sed uti se a contumeliis inimicorum defenderet, ut tribunos plebis . . . in suam dignitatem restitueret, ut se et populum Romanum . . . in libertatem uindicaret: 1, 22, 5; cum animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum [castra] secundum mare ⟨manere *add. Paul*⟩, ut libere pabulari ⟨*c*⟩ posset nec minus aditum nauibus haberet: 3, 65, 4; idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur ⟨uidebatur *Nhl*⟩, ut primus excursus uisque militum infringeretur aciesque distenderetur atque in suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur ⟨*c*⟩: 3, 92, 2; „Caesar . . . reperiebat T. Ampium conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae eiusque rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his ⟨iis *PMan.*⟩ testibus in summa ⟨*c*⟩ pecuniae uteretur: 3, 105, 1; neque illud me mouet quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

B) partic.; a) praes.: loricam pinnasque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris ⟨*c*⟩, qui ⟨ut β⟩

sum hostium tardarent: VII 72, 4; reliquis bus † simul ex terra scalis et classe moenia li temptans, uti aduersariorum manus di- et, labore et multitudine telorum nostros 3, 40, 2.

perf.: Caesar primum suo, deinde omnium nspectu remotis equis, ut aequato omnium ulo spem fugae tolleret, cohortatus suos ium commisit: I 25, 1; duabus legionibus ... stris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio possent, reliquas . . . in acie constituit: 5; Labieno in continenti ⟨*c*⟩ cum tribus nibus et equitum milibus duobus relicto, ortus tueretur et rem ⟨*c*⟩ frumentariam ⟨*c*⟩ ideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*c*⟩ sceret consiliumque pro tempore et pro re et, ipse . . . naues soluit: V 8, 1; VII 35, *u.* C. a) bb) γ) ββ) 𝔅); Labienus eo sup- ento, quod nuper ... uenerat, relicto Age- , ut esset impedimentis praesidio, ... Lute- proficiscitur: VII 57, 1; non longe ⟨*x*; *edd.*⟩ a castris progressi spatio, ut celerem tum haberent, angustiore ⟨*ego*; angustius *d.*⟩ pabulabantur ⟨*O*; pabulantur *x*⟩: 1, ; paruoque spatio intermisso, ut et militare utum seruaretur et quam serissime ⟨*c*⟩ profectio cognosceretur, conclamari iussit: 2.

) **antecedit eo, eodem illo:** mercatoribus aditus magis eo ⟨eo magis β⟩, ut quae ceperint quibus uendant habeant, quam ullam rem ad se importari desiderent: IV ¶ haec omnia Caesar eodem illo nere arbitrabatur, ut tridui mora interposita es eorum, qui abessent, reuerterentur: IV .

totum enuntiatum finale obiecti (uel ecti) locum obtinet; pendet α) ex uerbis postulandi (orandi, hortandi, imperandi,): Caesar . . . se frumentum daturum pol- ir. addit etiam, ut quae ⟨*Paul*; quod *edd.*; quid *x*⟩ quisque eorum in bello erit, quae sint penes milites suos, iis ⟨*c*⟩ amiserint ⟨*f*; -rant *ahl*; *edd.*⟩, restituan- ⟨*Paul*; -atur *Steph.*; *edd.*; -at *x*⟩: 1, 87, t ⟨*Ald.*; aut *x*⟩ etiam ut media nocte pro- amur addunt, quo maiorem, credo, licen- habeant qui peccare conentur: 2, 31, 7; ¶ fore suspicatus Caesar militesque ⟨que *Paul*⟩ adhortatus, ut aequo animo labo- ferrent, ... mane Dyrrachium uenit: 3, 41, ¶ deinde reliquae legiones cum tribu- ⟨per tribunos $B^2\beta$⟩ militum et primorum ium centurionibus ⟨-nes $B^2\beta$⟩ egerunt, ⟨per eos *add.* $B^2\beta$⟩ Caesari satis facerent: I 41, 3; ¶ (crebris Pompei litteris ca- stigabantur ⟨instigab. *Paul*⟩, quoniam primo uenientem Caesarem non prohibuissent, at ⟨*Kraff.*; ut *x*; *edd.*⟩ reliquos eius exercitus ⟨exi- tus *Paul*⟩ impedirent: 3, 25, 3;) ¶ censere *u.* **censeo B.** b) γ) *p. 507 sq. (4 loc.)*; (2, 32, 4 *u.* sentire;) ¶ milites non longiore ora- tione ⟨est *add.* $B^2\beta$⟩ cohortatus, quam uti suae pristinae uirtutis memoriam retinerent neu perturbarentur animo hostiumque impetum for- titer sustinerent, . . . signum dedit: II 21, 1. 2; Crassus equitum praefectos cohortatus, ut ma- gnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri uellet ⟨*c*⟩ ostendit: III 26, 1; le- gionibusque ⟨legiones β⟩ . . . in occulto expedi- tis ⟨expeditas β⟩ cohortatus ⟨cohortatur β⟩, ut aliquando pro tantis laboribus fructum uictoriae perciperent, . . . signum dedit: VII 27, 2; hoc decreto interposito cohortatus Haeduos, ut con- trouersiarum ac dissensionis ⟨*c*⟩ obliuiscerentur atque omnibus omissis [his] rebus huic bello seruirent eaque ⟨*c*⟩ quae ⟨*c*⟩ meruissent prae- mia ab se deuicta Gallia exspectarent equitatum- que omnem et peditum milia X sibi celeriter mit- terent, . . . exercitum in duas partes diuisit: VII 34, 1; sub uesperum consilio ⟨concilio β⟩ conuocato cohortatus, ut ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent, naues ... equitibus Romanis attribuit: VII 60, 1; Labie- nus milites cohortatus, ut suae pristinae uir- tutis et secundissimorum ⟨*c*⟩ proeliorum retine- rent memoriam ⟨mem. ret. β⟩ atque ipsum Caesarem . . . praesentem ⟨*c*⟩ adesse existima- rent, dat signum proelii: VII 62, 2; itaque suos cohortatus, quos integros superauissent, ut uic- tos contemnerent, plenus spei bonae . . . aduer- sus eos ⟨*c*⟩ proficiscitur: 2, 5, 2; Pompeius . . . Scipionis milites cohortatur, ut parta iam uic- toria praedae ac praemiorum uelint esse par- tícipes: 3, 82, 1; Caesar . . . milites cohortatus est, ut beneficio fortunae uterentur castraque oppugnarent: 3, 95, 1; ¶ ille cum Cotta saucio communicat, si uideatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige una conloquantur: V 36, 3; ¶ tum suo more ⟨sine mora *Hartz*; *del. RSchn.*⟩ conclamauerunt, uti ⟨ut β⟩ aliqui ex nostris ad conloquium prodiret: V 26, 4; ¶ re impetrata contendunt, ut ipsis summa imperii tradatur: VII 63, 5; ¶ (qui decimae legionis aquilam ferebat obtesta- tus ⟨obtestatur β; contestatus α; *edd.*⟩ deos, ut ea res legioni feliciter eueniret, Desilite, inquit: IV 25, 3;) ¶ denuntiare *u.* **de- nuntio B.** *p. 861 (3 loc.)*; ¶ edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut ⟨*om.*

*Nl*¹⟩ producat ⟨*Nx;* producatur *O; Np., Dt.*⟩: 1,76,4; ¶ ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi ⟨*c*⟩ confirmassent, sequi sese iubet: 2,34,5; ¶ latum ab X tribunis plebis contra dicentibus inimicis, Catone ⟨*c*⟩ uero . . . dicendi mora dies extrahente ⟨*c*⟩, ut sui ratio absentis haberetur: 1,32,3; ¶ hortari *u.* **hortor 1. B. a)** α) *p. 1516 et* **b)** β) ββ) *p. 1517 (9+12 loc.);* ¶ imperare *u.* **impero 1. A. b)** β) αα) *et* ββ) *p. 74 sq. (15 loc.);* ¶ (instigare: 3,25,3 *u.* castigare;) ¶ missas legationes ab ⟨*c*⟩ non nullis ciuitatibus ad Germanos inuitatosque eos, uti ab Rheno discederent: IV 6,3; ¶ mandare *u.* **mando A. b)** *p. 537 (5 loc.);* ¶ praemetuens suis ad T. Sextium legatum . . . misit, ut cohortes . . . celeriter educeret et sub infimo colle . . . constitueret, ut, si . . . uidisset, . . . terreret: VII 49,1; statimque in Siciliam misit, uti duae legiones reliquusque equitatus ad se mitteretur: 2,37,4; ¶ monere *u.* **moneo D.** *p. 632 (9 loc.);* ¶ obsecrare *u.* **obsecro C. a)** *et* **b)** *p. 866 (5 loc.);* ¶ obtestari *u.* **obtestor B.** *p. 872 sq. (5 loc.);* ¶ orare *u.* **oro B. a)** *et* **b)** *p. 968 sq. (10 loc.);* ¶ petere *u.* **peto** *p. 1083 sq.* δ) *(18 (20) loc.);* ¶ (poscere: V 6,6 *u.* β) ius iurandum;) ¶ postulare *u.* **postulo** *p. 1152 sq.* **A. a)** γ) ββ) *(9 loc.);* ¶ Pompeius suis praedixerat, ut ⟨ne *Nhl;* neu *O*⟩ Caesaris impetum exciperent neue ⟨neque *hl*⟩ se loco mouerent aciemque eius distrahi paterentur: 3,92,1; ¶ iusserunt pronuntiari ⟨*c*⟩, ut impedimenta relinquerent atque in orbem consisterent: V 33,3; Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coiciant neu ⟨ne *hl;* nec *a*⟩ propius accedant et quam ⟨*o*⟩ in partem Romani impetum fecerint cedant: V 34,3; ¶ de reliquis rebus ad senatum refertur: tota Italia dilectus habeatur; Faustus Sulla propere in Mauretaniam mittatur; pecunia uti ex aerario Pompeio detur: 1,6,3; refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus: 1,6,4; ¶ rogare *u.* **rogo B. c)** α) *et* β) *p. 1752 (3 loc.);* ¶ Labieno scribit, ut quam plurimas possit ⟨β; posset α; *edd.*⟩ iis legionibus, quae *sint apud eum, naues instituat: V 11,4; ¶ (quid irati grauius † de uobis sentire ⟨grauius uobis censere *Paul, qui nunc mauult* gr. de uobis sancire⟩ possunt, quam ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse existimant? 2,32,4;) ¶ et uoce et manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare coeperunt, ut statim dimitterentur: 1,86,2; ¶ reliquasque ciuitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨β; mallent α; *edd.*⟩: III 8,4; ¶ (tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet ⟨suadet β⟩, uti ⟨ut *Q*⟩ ad Ciceronem epistulam deferat: V 48,3.)

ββ) **constituendi:** consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quae essent ibi in praesidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Caesari seruarent: 2,20,2; ¶ sententiis dictis constituunt, ut qui ⟨*c*⟩ ualetudine aut aetate inutiles sint ⟨*c*⟩ bello oppido excedant atque omnia prius experiantur ⟨expediantur α⟩ quam ad ⟨*c*⟩ Critognati sententiam ⟨*c*⟩ descendant ⟨*Aldus;* descidant β; discedant α⟩; illo tamen ⟨*c*⟩ potius utendum consilio . . . quam . . . pacis subeundam condicionem: VII 78,1(2); cum . . . creditae pecuniae (non) soluerentur, constituit, ut arbitri darentur: 3,1,2; ¶ quam ob rem placuit ei, ut ad Ariouistum legatos mitteret: I 34,1; placuit, ut ⟨uti β; *Schn.*⟩ Litauiccus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum mitterentur, praeficeretur atque ea † ducenda curaret fratresque eius ad Caesarem praecurrerent: VII 37,7; ¶ ciuitates . . . habent legibus sanctum, si quis ⟨*c*⟩ quid . . . acceperit ⟨*c*⟩, uti ad magistratum deferat ⟨-rant β⟩ neue cum quo alio communicet ⟨-cent β⟩: VI 20,1; (2,32,4 *u.* αα) sentire;) ¶ statuunt, ut X milia ⟨*c*⟩ hominum delecta ex omnibus copiis ⟨*c*⟩ in oppidum mittantur ⟨submittantur β; *Schn.*⟩, nec . . . committendam censent: VII 21,2.

γγ) **nitendi, studendi:** neque nunc id (se) agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, . . . sed ne illi habeant, quo contra se uti possint: 1,85,11; ¶ neque iam ut aliquid adquireret proelioque hostes lacesseret, sed ut ⟨*om. l*⟩ incolumem exercitum Agedincum reduceret ⟨-re *hl*⟩ cogitabat: VII 59,4; ¶ non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur quam uti ea, quae uellent, impetrarent: I 31,2; aestus commutationem secutus remis contendit, ut eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum . . . cognouerat: V 8,3; ¶ si, ut ⟨*3 Lagom.; om. rell.*⟩ cogitata praeclare eloqui possent non nulli studio et usu elaborauerunt: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ laborare: I 31,2 *u.* contendere; nec minus quam est pollicitus Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas

ciuitates adiungeret: VII 31, 1; ¶ in occupandis praesidiis magna ui uterque nitebatur ⟨*N*; uidebatur *x*; utebatur *O*⟩: Caesar, ut quam angustissime Pompeium contineret, Pompeius, ut quam plurimos colles quam maximo circuitu occuparet: 3, 45, 1; ¶ circumuallare Pompeium instituit haec spectans ⟨*Steph.*; expectans *x*⟩, quod . . . Pompeius multitudine equitum ualebat, quo minore periculo undique frumentum . . . supportare posset, simul, uti pabulatione Pompeium prohiberet equitatumque eius ad rem gerendam inutilem efficeret, tertio, ut auctoritatem, qua ille . . . niti ⟨uti *NO*⟩ uidebatur, minueret: 3, 43, 2—4; hanc sibi commodissimam belli rationem iudicauit, uti . . . semper . . esset in itineribus, haec ⟨hoc *V*.⟩ spectans ⟨*Steph.*; sperans *x*⟩, ut mouendis castris pluribusque adeundis locis commodiore re frumentaria ⟨*o*⟩ uteretur, simulque in itinere ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur et insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus defatigaret: 3, 85, 2; ¶ omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨*c*⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨-berentur β⟩: VII 14, 2.

δδ) **exspectandi**: neque exspectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum feratur: 1, 6, 6; (3, 43, 2—4 *u.* γγ) spectare.)

εε) **timendi**: non se hostem uereri, sed . . . magnitudinem siluarum . . . aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant: I 39, 6; ¶ (Labienus . . . ueritus, ne, ⟨*om.* β; *Np.*⟩ si ⟨β; *om.* α⟩ ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, ⟨ut *add.* α; *Np.*; *om.* β⟩ hostium impetum sustinere non ⟨*om. Np.*⟩ posset: V 47, 4.)

ζζ) **committendi, permittendi**: committere *u.* **committo** *p. 610* c) *(4 loc.)*; ¶ Boios petentibus Haeduis, quod egregia uirtute erant cogniti, ut in finibus suis conlocarent concessit: I 28, 5; non prius . . . duces . . . dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant ⟨ut copiam faciant β⟩ et ad castra contendant: III 18, 7; ¶ neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos ⟨*c*⟩ socios desereret: I 45, 1; neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum praesertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant: VI 8, 1; ¶ obsides . . . redderet Sequanisque permitteret, ut quos illi haberent uoluntate eius reddere illis liceret: I 35, 3; huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in his locis legionem hiemandi causa conlocaret: III 1, 3.

ηη) **impellendi, impetrandi, persuadendi**: unum se esse . . ., qui adduci non potuerit, ut iuraret aut liberos suos obsides daret: I 31, 8; ¶ Allobrogibus sese uel persuasuros . . . existimabant uel ui coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur: I 6, 3; ¶ cum uideret Germanos tam facile impelli, ut ⟨quod β⟩ in Galliam uenirent: IV 16, 1; impellit alios auaritia, alios iracundia et temeritas, quae . . . est innata, ut leuem auditionem habeant ⟨habent *BM*⟩ pro re comperta: VII 42, 2; ¶ impetrare *u.* **impetro** *p. 78* d) *(6(7) loc.)*; ¶ persuadere *u.* **persuadeo** A. a) γ) αα) — γγ) *p. 1070 sq. (13 loc.)*.

